A. Diss. 5815

JOHANNIS GEORGII KRULLII

TRACTATUS DE REGALI MONETARUM JURE

IN QUO INPRIMIS
EX SOLIDIS PRINCIPIIS POLITICORUM
IMPERII CONSTITUTIONUM, VETERUM AC NOVISSIMARUM, CONSULTATIONUM CIRCULARIUM,
ET DIVERSARUM RERUM PUBLICARUM
ORDINATIONIBUS
DE
REMEDIIS RESTITUENDI
REM MONETARIAM DEPRAVATAM
STUDIOSE AGITUR

SUBJUNCTA SUNT IN FINE
WARADINORUM GENERALIUM CONSULTATIO
IN
COMITIIS DIRECTORIO MOGUNTINO EXHIBITA,
ET EDICTUM MONETALE IMPERATORIS FERDINANDI II. IN BOHEMIA ALIISQUE PROVINCIIS HEREDITARIIS PROPOSITUM.
ITEM
CONCLUSUM IMPERII IN PUNCTO MONETÆ DICT.
IN COMITIIS MODERNIS RATISBON. PER MOGUNT.
MENS. MART. ET APR. A. CIↃ IↃ LXVII.

HANOVERÆ,
APUD NICOLAUM FOERSTERUM ET FILIUM.
MDCC XXVIII.

Staatl. Bibliothek
Regensburg

SERENISSIMO. ATQUE. POTENTISSIMO
PRINCIPI. AC. DOMINO

DOMINO

JOHANNI GEORGIO II.

DUCI. SAXONIÆ. JULIACI. CLIVIÆ. AC MONTIUM. SACRI. ROMANI. IMPERII. ARCHIMARESCHALLO. ET. ELECTORI. LANDGRAVIO. THURINGIÆ. MARCHIONI. MISNIÆ. SUPERIORIS. AC. INFERIORIS. LUSATIÆ. BURGGRAVIO. MAGDEBURGENSI COMITI. DE. MARCA. ET. RAVENSBERG. DYNASTÆ. IN. RAVENSTEIN.

REVERENDISSIMO. ATQUE. SERENISSIMO
PRINCIPI. AC. DOMINO

DOMINO

AUGUSTO

POSTULATO. ADMINISTRATORI. ARCHIEPISCOPATUS. MAGDEBURGENSIS. DUCI. SAXONIÆ JULIÆ. CLIVIÆ. AC. MONTIUM. LANDGRAVIO THURINGIÆ. MARCHIONI. MISNIÆ. AC. UTRIUSQUE LUSATIÆ. COMITI. MARCÆ. RAVENSBERG. ET BARBY. DYNASTÆ. IN. RAVENSTEIN.

REVERENDISSIMO. ATQUE. SERENISSIMO
PRINCIPI. AC. DOMINO

DN. CHRISTIANO

POSTULATO. ADMINISTRATORI. EPISCOPATUS. MARTISBURGENSIS. DUCI. SAXONIÆ. JULIACI CLIVIÆ. AC. MONTIUM. LANDGRAVIO. THURINGIÆ. MARCHIONI. MISNIÆ. SUPERIORIS. AC. INFERIORIS. LUSATIÆ. COMITI. DE. MARCA. ET. RAVENSBERG. DYNASTÆ. IN. RAVENSTEIN.

REVERENDISSIMO. ATQUE. SERENISSIMO
PRINCIPI. AC. DOMINO

DN. MAURITIO

POSTULATO. ADMINISTRATORI. EPISCOPATUS. NAUMBURGENSIS. DUCI. SAXONIÆ. JULIÆ CLIVIÆ. AC. MONTIUM. LANDGRAVIO. THURINGIÆ. MARCHIONI. MISNIÆ. AC. UTRIUSQUE. LUSATIÆ. PRINCIPI. COMITATUS. HENNEBERGICI. COMITI. MARCÆ. ET. RAVENSBERG. DYNASTÆ. IN RAVENSTEIN. DOMUUM. TEUTONICARUM. PER THURINGIAM. BALIVARIO.

PIIS. FELICIBUS. INCLUTIS. PATRIÆ. PATRIBUS

DNNNN. MEIS. LONGE. CLEMENTISSIMIS

VITAM. SALUTEM. AC. PACEM. IN. PROSPERRIMIS
AC. FELICISSIMIS. RERUM. SUCCESSIBUS
SEMPITERNAM!

rum meorum, inſtar colonorum Religioſorum, qui Dominis prædiorum primitias frugum exhibent, ſubjectisſimos Nomini Tuo litare debui, nec aliter, ſine nefario ingratitudinis ſcelere, potui. Mea vero erga Vos omnes, Veſtramque Domum Serenisſimam erecta pietas, præclare ſecum agi putabit, ſi devotisſima ſervi e minimis officia obſequentisſima, fronte Serenisſima accipi reſciverit. De reliquo, DEUM Opt. Max. pro incolumitate SERENITATUM VESTRARUM, VESTRARUMQUE DOMUUM ſalute perenni religioſisſima & obſequioſisſima mente precor.

SERENITATUM V. V. V. V.

Ded. Hal. Sax. poſtrid.
Kalend. Februar. Anno
M DC LXVII.

ſubjectiſſimus ac devotiſſimus

JOH. GEORG. KRULL. L.

AD LECTOREM.

Miraberis fortean, L. B. quid sit, quod ingenii qualiscunque vires exercendo hoc potissimum rei monetariæ argumentum adsumserim, in quo tot illustria ingenia dudum desudarunt ita, ut themati huic inhærere sit ex charta in chartam, & ex libro in librum transcribere ea, quæ hic ingeniose sunt inventa & publici juris facta. Sed hæc opinio illorum præprimis cerebra occupabit, qui nihil, nisi quod ipsi agunt, pulchrum esse reputant, pariter ac eorum, qui nihil ejus, quod in hoc studii genere factum, perspectum habent atque cognitum, multo vero minus exacte perpensum atque trutinatum. Insuper & illi laborem hunc naso adunco suspendebunt, qui omne id quod solidum est in suam demum, seram ac provectam ætatem cadere, a juventute vero mea alienum esse profitentur. Hac itaque ratione quum triplicem Te induisse pellem reperiam, lector amice, eruditi scilicet ac benevoli, ignari & tamen scioli, denique & cavillantis atque invidi, omnibus modis intendendum erit, & ut de damno infecto hac qualicunque pagina tecum transigam, ne ictus tuos postmodum excipere debeam. Equidem de Vobis, qui in censu solide eruditorum coruscatis, dubium mihi nullum est, quin, pro Vestra scientia ac prudentia, bene judicare velitis, neminem ex illis, qui operam suam in hac materia collocarunt antea, si ab eo, qui paucissimis id ipsum tetigit, Joh. Kitzelio, discessero, præcipuam hujus argumenti partem de REMEDIIS TOLLENDI REI MONETARIÆ CORRVPTIONEM *pertractasse, adeoque satis mihi causæ fuisse, quamobrem ex professo illud mihi vindicarem,*

carem,

carem, & ex Politicorum, Imperii Constitutionum, Consultationum Circularium, præcipuarum Rerumpublicarum Statutorum, & morum principiis deducerem. Quid? quod, in cæteris quoque hujus argumenti partibus, non parum pauca immutata, pluribus etiam nova inventa deprehendantur, de quibus illis, qui ante me hoc thema susceperunt, ne constare quidem ullo modo poterat. Sic ergo Tecum, Lector erudite, pacem me habere perpetuam firmiter credo, indeque negotium pene nullum mihi facesses Sciole, quippe qui non intelligas ea, de quibus statuere præsumis. Quotiescunque vero de me & aliis perperam judicare audes, Tecum quæso habita & noris quam sit Tibi curta suppellex. Tu denique qui operæ meæ ideo detrahere gaudes, quod omnia provectæ & seræ tuæ ætati tribuas, recordare tritissimi hujus:

Si promissa facit sapientem barba, quid obstat
Barbatus possit quin caper esse Plato?

In quacunque tandem classe sedeas, qui in operam hanc incidis, scias, censuram tuam a bona mente mea facile victum iri. Vt vero modis, quibuscunque possim, judicium invidorum ac Sciolorum refutem ea omnium ac singulorum Autorum paginas in ipsa Tractatione, Elenchum vero allegatorum cum die & Consule post paginas hasce locatum. Sic enim fieri posse arbitror, ut effugiam opinionem illorum, qui clamitare consueverunt, plurima ex aliis esse allegata, paucissima tamen investigata, ne dicant, lecta aut perlustrata. Quo ipso vale, & memoriam mei benivolam commendatissimam Tibi habe.

ELEN-

ELENCHVS CAPITVM.

CAP. I.

De Origine Monetarum & juris cudendi monetam.

CAP. II.

De Perſonis quibus jus cudendi monetas competit in Imperio.

CAP. III.

De Acquiſitione juris Monetarum, ejusque modo duplici, creatione & conceſſione eaque expreſſa & tacita.

CAP. IV.

De Materia circa quam verſatur jus cudendi Monetam.

CAP. V.

De Forma Monetæ.

CAP. VI.

De Cauſis corrumpentibus rem Monetariam.

CAP. VII.

De Remediis tollendi Monetarum corruptelam & conſervandi puritatem illarum.

ELENCHUS ALPHABETICUS Authorum in hoc tractatu disperse & bona fide allegatorum.

A.

ACtorum publicorum Francofurtensium. *Tom. I. ibid. 1659.*
Georgii Agricolæ *Tr. d. naturâ Fossilium. Basil. 1558.*
Andreæ Alciati Mediolanensis *Commentar. ad π. Francofurt. 1617.*
Jacobi Alemanni *Palæstra Consultat. Saxon. Magdeburg. 1613.*
Scipionis Ammirati *Dissertationes Politicæ. Francofurt. 1618.*
Anonymi *discurs. d. l. est at de Rome au Roy três.*
Aristotelis Politica *cum paraphrasi Danielis Heinsii. Jen. 1660.*
Ejusdem Oeconomia. Lugdun. 1580.
Henningi Arnisæi *tr. de Jur. Majestat. Francof. 1610.*
Dominici Arumæi *Volum. IV. discurs. J. P. Jen. 1623.*
Ejusdem *Commentarius ad A. B. Jen. 1619.*
Autor der Donawertischen Information. 1610.

B.

Friderici Balduini *Tr. d. Casibus Conscientiæ. Witteberg. 1628.*
Bartoli à Saxo Ferrato *Comment. in Codicem. Lugdun. 1552.*
Georgii Beati *sententiæ definitivæ Judiciales. Geræ. 1610.*
Petri Bellonii Cenomani *Observationes ex interpretat. Carol. Clusii. Raphelengi. 1605.*

Kurtzer Bericht von des Heil. Römischen Reichs der Churfürstl. Pfaltz zustehenden Vicariat. Heidelberg. 1614.

Kurtzes Gegenbedencken und Bericht von der Churfürstl. Pfaltz Vicariats-Gerechtigkeit *sine Cos. 1614.*

Matthiæ Berlichii *Conclusiones practicabiles. Lips. 1629.*

Ejusdem *decisionum pars 2. Jen. 1638.*

Christophori Besoldi *tr. de Jur. Majestat. Tubing. 1614.*

Ejusdem *Thesaurus Practicus. Noriberg. 1659.*

Henrici Boceri *tr. de Jure Monetarum. Tubing. 1614.*

Ejusdem *tr. de Regalibus. Tubing. 1608.*

Ejusdem *consilia. Tubing. 1661.*

Ejusdem *tr. de Ærario. Tubing. 1615.*

Ejusdem *tr. de Successione Regia. Tubing. 1617.*

Ejusdem *tr. posthumus de Jure Publico. Ingolstadi. 1646.*

Johannis Bodini *tr. de Republica. Francofurt. 1594.*

Jacobi Bornitii *tr. de Nummis. Francofurt. 1612.*

Johannis Boteri *Relationes de præcipuis Rebuspubl. Helmstad. 1664.*

Ejusdem *tr. de Illustribus Statibus & Politia. 8. Ursell. 1602.*

Marci Zuerii Boxhornii *Institutiones Politicæ. Lips. 1659.*

Johann Brunnemanni *Commentarius in Codicem. Lips. 1663.*

Georgi Adami Brunneri *tr. de Collatione bonorum. Lips. 1610.*

Reneri Budelii Ruremundani *tr. de Moneta & Re Nummar. Colon. Agrippin. 1591.*

Antonii Bullæi *Orationes Juridico-Politicæ. Giess. 1618.*

Ejusdem *Commentarius ad Ordinationem criminalem Caroli V. Rinthel. 1649.*

Henrici Buntingii *tr. de Monetis Sacræ Scripturæ. Magdeburg. 1616.*

Angerii Gillenii *Busbeqvii Epistola ad Rudolphum II. Imperatorem. Amstelod. 1660.*

Gerla-

Gerlaci Buxdorffii *Commentarius ad A. B. Hannov. 1614.*

C.

Octaviani Cacherani *decisiones Senatus Pedemontani. Francofurti Mœn. 1530.*

Benedicti Carpzovii *Commentar. ad L. Regiam Germanorum. Lipſ. 1640.*

Ejusdem *JPrudentia forenſis. Francofurti & Lipſiæ 1638.*

Ejusdem *Praxis criminalis. Witteberga 1635.*

Cunradi Carpzovii *Diſſertatio de Regalibus. Witteberga 1618.*

M. Aurelii Caſſiodorii *Varia.*

Bartholomæi Chaſſanæi *Catalogus gloriæ Mundi. Francofurt. Mœn. 1610.*

Johannis a Chokier *Aphorismi Politici. Mogunt. 1627.*

Ejusdem *Tr. de Re Nummaria priſci ævi. Leodin. 1619.*

Joachimi Cluten *sylloge rerum quotidianarum. Francof. 1615.*

Matthiæ Coleri *Tr. de Proceſſu Exeqvutivo. Jen. 1602.*

Hermanni Conringii *annotata ad Lampadium. Helmaſtad.*

Ejusdem *Tr. de prudentia civili. Helmæſtad.*

Adami Contzenii Jeſuitæ *Politic. Colon. 1629.*

Johannis Coraſii *Miſcellanea Jur. civil. Valent. 1547.*

Didaci Covarruviæ *a Leyva Tr. de Veterum numiſmatum collatione. Francofurt. 1583.*

Ejusdem *quæſtiones practicæ. ibid.*

Aymonis Cravettæ *a Saviliano Tr. de antiquitate temporum. Spir. Nemet. 1595.*

Ejusdem *Conſilia. Francofurti 1687. & 89.*

Deſiderii Creſcentii *artes reconditæ regendi Respublicas cum Selectis Politicis. Trajecti ad Rhen. 1657.*

Jacobi Cujacii *Obſervationes. Francofurt. 1595.*

D.

Jodoci Damhouderii *Praxis rerum criminalium. Francof. 1587.*

Tiberii Deciani *Tr. Criminalis. Francofurt. ad Mœn. 1591.*
Richartus Dieterus *d. Summa Summi Imperii poteſtate. Baſileæ. 1607.*
Hugonis Donelli *Commentarius ad π. Francof. 1599.*

E.

Cunradi ab Einſiedels *Tr. de Regalibus. Hal. Saxon. 1619.*
Caſparis Ens *Theſaurus Politicus. Colon. 1613.*

F.

Antonii Fabri *Tr. d. Variis Nummariorum debitorum Solutionibus. Lugdun. 1598.*
Johan. Fabri *Commentarius ad Inſtitutiones Imperiales. Lug-*
Proſperi Farinacii *opera Criminalia. Francofurt. Mœn. 1598.*
dun. 1565.
Maximiliani Fauſti ab Aſchaffenburg *Conſilia pro Ærario. Francof. 1641.*
Johan. Fichardi *Conſilia. Francofurt. ad Mœn. 1590.*
Chriſtophori Förſtneri *Notæ Politicæ ad Tacit. Argentorati. 1650. & 1652.*

G.

Andreæ Gailii *Obſervationes Practicæ Camerales. Colon. Agrippin. 1595.*
Zachariæ Geitzhöflers außführliches Bedencken über das eingeriſſene Müntzweſen. 1622.
Alberici Gentilis *Tr. d. Jur. Belli. Hanoviæ. 1598.*
Henningi Gödens *Conſilia. Budiſſin. 1575.*
Melchioris Goldaſti ab Heimensfeld *Catholicon rei monetariæ. Francof. ad Mœn. 1620.*
Ejusdem Politiſche Reichs-Handlungen. *Hannoviæ. 1609.*
Ejusdem Reichs-Satzungen. *ibid. 1609.*
Johannis Ludovici Gothofredi *Archontologia Coſmica. Francofurt. Mœn. 1628.*

Petri Gregorii Tholozani *Syntagma Juris universi. Francof. ad Moen. 1591.*

Bernhardi Grevæi *Conclusiones Juris Practicæ. Francof. 1603.*

Ejusdem *Tr. de Republica Pontimussani. 1596.*

H. Grotii *Tr. d. Jure Belli ac Pacis. Amstelodam. 1663.*

Güntheri Poëtæ Ligurini, *seu opus de rebus gestis Imperatoris Friderici. Argentorati. 1631.*

Francisci Gvicciardini *Historia sui temporis. Basil. 1566.*

H.

Antonii Hanffmanni *Resolutiones d. Re monetaria. Francof. 1618.*

Christophori Wolffgangi Heideri *Systema Politicum. Jen. 1628.*

Hermanni Hermes *Fasciculus Jpubl. Salisburg. 1663.*

Herodoti Halicarnassæi *Historia. Francof. 1620.*

Herodianus. *Ingolstad. 1593.*

Cunradi Horneji *Compendium Theologiæ. Brunsvigæ.*

Friderici Hortlederi *Tr. d. Caus. belli Germanici. Francofurt. 1615.*

Matthæi Hostii *Historia Rei nummar. Veter. Francof. Marchion. 1586.*

Francisci Hottomanni *lib. d. re nummaria. Lugdun. 1600.*

Ejusdem *AntiTribonianus. Hamburgi. 1647.*

I.

Jasonis Mayni Mediolanensis *Commentarius in π. Venet. 1589.*

Hieronymi Imhoffs *singularia Politica. Norimb. 1657.*

Pauli Jovis *Historia sui temporis. Argentorat. 1556.*

Jus Feciale inter Gentes. *Mogunt. 1661.*

K.

Bartholomæi Keckermanni *Systema Politicum. Genev. 1614.*

Hermanni Kirchneri *Disputationes de Republica. Marpurg.* 1614.

Philippi Knipschilds *Tr. de Juribus ac Privilegiis Civitatum Imperialium. Ulm. Svev.* 1657.

Johannis Kitzelii *Tr. de Jure Monetarum. Marpurg. Cattor.* 1632.

Casparis Klockii *Tract. de Ærario. Noriberg.* 1657.

Chiliani Königs *Theatrum Politicum. Jen.* 1622.

Johannis Köppen *Decisiones quæstionum illustrium. Magdeburgi.* 1617.

L.

Jacobi Lampadii *Tr. de Republica Romano-Germanica. Goth.* 1661.

Hippoliti a Lapide *Dissertatio de Ratione Status in Imperio nostro Germanico.* 1646.

Hermanni Latheri *Tr. de Censu. Francofurt.* 1618.

Benjamini Lauberi *Tr. de Reductione monetali. Norib.* 1624.

Christophori Lehmanni *Chronicon Spirense. Francofurt. ad Mœn.* 1662.

Cyriaci Lentuli *Arcana Regnorum & Rerumpublicarum. Herborn. Nassov.* 1655.

Ejusdem *Aula Tiberiana. ibid.* 1663.

J. C. Lentzens kurtz gegründete Fürstellung der bey dem Müntz-Wesen sich vornehmlich erzeigenden Mängel. *Ratispon.* 1665.

Johannis Limnæi *Jurispublici Tom. I. & III. Argentorati.* 1630. & 1631.

Ejusdem *Observationes ad A. B. ibid.* 1662.

Ejusdem *Annotationes ad Capitulationes Impp. ibid.* 1658.

Lucæ de Linda *Descriptio orbis & omnium ejus Rerumpublicarum. Lugdun. Batav.* 1655.

Caspa-

Caspari Londorpii *Acta publica. Francofurt.* 16. 27. & 1630.
Georgii Ludovici Lindenspürs *Commentarius ad Ordinationes Politicas Wirtenbergicas. Tubing.* 1632.

M.

Martæ Neapolitani *Digestum novissimum.*
Johannis Marianæ *Tr. de ponderibus & mensuris. Francofurt.* 1611.
Martialis *Epigrammata. Goslariæ.* 1612.
Thomæ Michaëlis *Tr. de Jdictione. Giess. Hessor.* 1621.
Christophori Mingii *Tr. de Superioritate territoriali. ibid.*
Caroli Molinæi *Tr. de Commerc. & usurar. Redit. pecun. constitut. & Monet. Coloniæ Agrippinæ.* 1577.
Danielis Molleri *Commentarius ad Constitutiones Saxonicas Lips.* 1612.
Ejusdem *Semestria. Lips.* 1598.
Müntz-Bedencken der Churfürstl. Rheinisch-Ober-Sächsischen, Fränckischen, Bäyerischen, Schwäbischen, Ober-Rheinischen, Nieder-Rheinisch-Westphälisch- und Nieder-Sächsischen-Crayse. *Ratispon.* 1665.
Nicolai Myleri ab Ehrenbachs *Tr. de Principibus & Statibus Imperii. Stutgard.* 1658.
Joachimi Mynsingeri *Observationes Camerales. Helmstad.* 1594.

N.

Nucleus discursuum Academicorum. *Giess. Hessor.* 1621.

O.

Tobiæ Oelhafens a Schellenbachs *Orationes de rei monetariæ statu corruptissimo. Noriberg.* 1665.
Johannis Georgii Oppelii *Dissertatio de Monetis. Witteberg.* 1618.
Danielis Ottonis *de Jure Publico Imperii Romani. Witteberg.* 1658.

Gui-

P.

Guidonis Papæ *Decisiones Gratinopolitana. Venet. 1582.*
Francisci Patritii Senensis *Tr. d. Republicâ. Argentorati. 1594.*
Tobiæ Paurmeisteri *Tr. d. Jdictione Imperii Romani. Francofurt. Mœn. 1616.*
Pauli *sententiæ. Basileæ. 1528.*
M. Antonii Peregrini *Tr. d. Jure Fisci Colon. Agrippin. 1588.*
Antonii Peretzii *Prælectiones ad Codicem. ibid. 1661.*
Ejusdem *Jus publicum. Amstelodami. 1657.*
Michaëlis Piccarti *Commentarii ad Politicam Aristotelis. Lips. 1615.*
Virgilii Pingitzeri *Quæstiones Saxonicæ. Geræ. 1607.*
Bilibaldi Pirckheymeri *Tr. de priscorum nummorum æstimatione. Colon. Agrippin. 1591.*
Modestini Pistoris *Consilia. Lips. 1586*
Ejusdem *Consilia Lipsiens. Francof. Jen. 1659.*
Johannis Pistorii *res Germanicæ. Francof. 1607.*
Plato. *Basil. 1556.*
Johannis Pomereschii *notæ ad Institut. Jur. Jen. 1661.*
Johannis Joviani Pontani *Tr. d. Princip. officiis. Argentorati. 1606.*
Procopii *Bellum Gothicum. Helmestadii. 1654.*

R.

Recessus Imperii *in quibus & A. B. Caroli IV. Mogunt. 1659.*
Theodori Reinkingii *Tr. de Regimine seculari & Ecclesiastico. Francofurt. 1663.*
Henningi Rennemanni *Jprudentiæ Rom-Germanicæ Tom. III. Arnstadii. 1658.*
Nicolai Reusneri *Consilia Francofurt. 1591. & 92.*
Johannis Aloysii Riccii *Collectanea decisionum. Colon. Allobrog. 1629.*

Mini-

Ministerium Cardinalis Richelii *Francofurt. 1652.*
Christophori Philippi Richteri *Decisiones Jen. 1663.*
Georgii Richteri *Appendix Axiomatum Historicorum Görlicii 1604.*
Johan. Christophori Riemanni *Dissertat. de Jure Monetarum. Jen. 1643.*
Ludovici Cœlii Rodigini *Lectiones antiquæ Francofurt. 1599.*
Viti Rolandi *Consiliorum inter illustria, Tom. IV. Francof. 1607.*
Alberici de Rosate *Commentarius ad π. Venet. 1585.*
Henrici Rosenthals *Tractatus Feudalis. Spiræ Nemetum. 1597.*
Martini Rumelini *Commentarius ad A. B. Tubing. 1631.*

S.

M. Antonii Cocci Sabellici *Enneades. Basil. 1538.*
Julii Scaligeri *Epidorpides. 1591.*
Joachimi Scheplitz *Commentarius ad consuetudines Marchicas Lips. 1616.*
Johannis Schneidewini *Commentarius ad Institutiones Juris Argentorati. 1594.*
Annibalis Scoti *Placentini Commentarius ad Tacitum Francofurt. 1592.*
Georgii Schönbörneri *Politica. Lips. 1614.*
Hieronymi Schurffii *d. Sancto Gallo Consilia Francof. 1558.*
Viti Ludovici à Seckendorffs teutscher Fürsten-Staat *Francofurt. 1660.*
Regneri Sixtini *Consilia quæ extant inter Marpurgensia. Marpurgi Cattor. 1611.*
Ejusdem *Tr. de Regalibus Francofurt. 1617.*
Cyriaci Spangenbergeri Adels-Spiegel Schmalkaldt *1591.*
Johannis Jacobi Speidelii *Speculum Juridico-Politico-Historicarum Observationum Noriberg. 1657.*
Johan. Theodori Sprengeri *Bonus Princeps. Heidelberg. 1650.*

Matthiæ Stephani *Commentarius in Ordinationem Criminalem Francofurt. 1626.*
Johannis Stobæi *Sermones Lugdun. 1555.*
Georg. Adami Struvii *Syntagma Jprudentiæ Civilis Jenæ 1663.*

T.

Cornelii Taciti *Annales Argentorat. 1638.*
Caspari Antonii Thesauri *Tr. d. Augmento & variatione monetarum Francof. 1610.*
Andreæ Tiraquelli *Tr. de Retractu Municipali & conventionali Francofurt. 1574.*

V.

Venturæ d. Valentiis *Parthenius litigiosus. Argentorati. 1628.*
Rolandi a Valle *Consilia Francofurt. Mœn. 1584.*
Francisci Vivii *Decisiones Regni Neapolitani Venet. 1592.*
Hermanni Vulteji *Tr. de Feudis eorumque jure. Marpurg. 1597.*

W.

Matthæi Wesenbecii *Paratitla Basil. 1604.*
Ejusdem *Consilia Witteberg. 1601.*
Pauli Matthiæ Wehneri *Observationes practicæ Francofurt. ad Mœn. 1624.*
Wichbildum Magdeburgense *Lipsiæ 1589.*
Johannis Wurmseri *Exercitationes Academicæ ex Jure publico Tubing. 1631.*

Z.

Lanfranci Zacchiæ *Tr. de Salario Romæ 1658.*
Jacobi Zevecotii *Observationes Politicæ ad Svetonii Cæsarem Amstelodam. 1637.*
Bernhardi Zieritzii *Commentarius ad Ordinationem criminalem Caroli V. Francofurt. ad Mœn. 1626.*
Henrici Zölneri *Tr. d. Regis Romanorum Electione Giess. Hessor. 1621.*

DOctum Musa virum monstrat, quam Crullius offert,
Utque gerat lauros, Palladis arma gerit.
Non ego tam docti laudes meditabor amici,
En claret propriis quas dedit ipse notis.

Amici

Amicus Affectus.

Ad
Dn. Authorem.

FErs Themidos, Magni Patris æmula proles
KRULLI; inexhausti grande laboris onus

JURA MONETARUM, dum promis & indicas Orbi
Quanta ſit Ingenii parte repoſta tui
Fontibus hauſta ipſis Gemini Experientia Juris:
Congratulor: Studium Fama loquetur anus.

Gratulationis ergo animo obvio facieb.

Fridericus Hondorff/ J. U. D.
Reverendiſs. Dn. Adminiſtratoris Archi-Epiſcop. Magdeburg. Conſiliarius aulic. & Salis-Gravius Halenſis.

Cum Deo
CAPUT I.
DE ORIGINE MONETARUM ET JURIS CUDENDI MONETAM.

SUMMARIA.

1. *Rerum, quæ possidentur, usus duplex, proprius & improprius, qui permutatio appellatur.*
2. *Permutatio varios defectus, qui expletionem indigentiæ humanæ impediebant, habuit, quorum primus, rerum transportandarum difficultas, exponitur.*
3. *Secundus permutationis defectus nascitur hominum indigentia.*
4. *Tertius permutationis defectus ex rerum indivisibilitate oritur.*
5. *Defectus in permutatione extantes occasionem dederunt nummo inveniendo.*
6. *Inventor monetæ inter eruditos incertus est.*
7. *Sententia illorum qui Tareti Abrahæ id attribuunt.*
8. *Ratio quamobrem Abrahamus pecuniam pro sepulchro conjugis dandam appenderit.*
9. *Taretem primum fuisse nummi inventorem deducitur ulterius.*

10. *Nihil hac in re certi concludere posse, probabilem tamen esse omnium maxime sententiam Wichbildi Magdeburgensis, adstruitur.*

11. *Ratio quamobrem cura cudendi monetam ad superiores devoluta.*

12. *Jus cudendi monetam, tanquam proprium Majestatis, regalibus majoribus connumerari debet.*

13. *Carolus M. jus monetæ pro regali adeo habuit, tantique fecit, ut alibi quam in ipso palatio monetam cudi noluerit.*

14. *Exemplum Caroli sequuti sunt Impp. sequentes & Reges, destinando cudendis nummis domos publicas.*

15. *Rex Angliæ jus feriendi monetam ita proprium habet, ut eam alibi quam in turri Londinensi insigniri non patiatur.*

RErum, quæ possidentur, usum, non inconcinne facit duplicem Arist. *1. Polit. 6. p. 29. seq.* alterum proprium,
1. ad quem res facta est, qualis v. gr. in calceis est, munire pedes, in ædibus eas inhabitare, in esca corpus hominis nutrire, animamque ejusdem refocillare; Jung. Anton. Fabrum *de Variis Numm. debitor. solut. cap. 1. pag. 19.* alterum improprium, quam permutationem fortean non male ap-
2. pellaveris. Permutans enim cum eo, qui eget calceo, pro nummo aut esca, utitur quidem calceo, sed non suo, nec proprio usu, quippe qui non permutationis, sed induendi causa inventus, aut si ædes exstruens, eas permutat cum eo, qui agris abundat, ædibus autem opus habet, is nihilominus ædibus utitur, qua locupletior fit acci-

piendo agros, quum tamen non permutandi, sed inhabitandi gratia ædes exstructæ sint. vid. Michael. Piccart. *ad 1. Polit. libr. Aristot. cap. 9. p. 117.* Ast quum homines res a natura productas sic permutarent, sæpe factum est, ut indigentiam explere non possent. Res etenim permutandæ non vero ita fuere comparatæ, ut propter locorum distantiam, & rerum transportandarum difficultatem de loco in locum commode transferri nequiverint. Exemplo nobis esto ædificator, qui cum peregrino venatore permutare non potuit; domum namque in regionem dissitam & transmarinam transferre non licebat, adeoque ejusmodi permutationes inter populos cessabant eo, quod multa ad vitam necessaria parare sibi non possent. Nec minor permutationis defectus erat hominum indigentia. 3.
Partim enim rerum vitæ accommodatarum plus homines habebant, partim minus: & propterea eveniebat, ut alius his, alius illis, alius paucis, alius pluribus indigeret; insuper & homines, quibuscum permutare alii volebant, rebus iis non indigerent, quas permutare constituerant. Nam ad permutationem homines indigentia trahebat, & hac in uno egente cessante, ipsa cessabat permutatio. Arist. *1. Polit. 6. p. 30.* Cunrad. Hornej. *Compend. Theol. libr. 3. de Doctr. moral. cap. 7. Th. 60. p. 763.* Anton. Faber. *Tr. cit. p. 4.*
Accedit quod ipsarum rerum indivisibilitas magnum permutationis defectum causetur: Sic equus, ratione usus, bovem unum cum dimidio æquat; atque adeo inter hos permutatio apte fieri nequit. Quandoquidem ergo tot 4.
defectus in permutatione rerum extabant, necessario de medio quodam inter homines consultandum erat, quod difficultates illas tollere posset; id vero ita debebat esse comparatum; ut (1.) parvum, & facile de loco in locum 5.
trans-

transferri posset, (2.) pretiosum, ut hoc modo in parvo valor magnus subsisteret, & propter parvitatem in loco parvo reponi posset. (3.) Durabile, ut mercibus pereuntibus ipsum maneret, quo, cum opus est, emere novas possent, (4.) In plura divisibile, propter rerum indigentiam multiplicem & sæpe parvi pretii, & (5.) denique autoritate publica insignitum, ut probum esse omnes scirent, nec, si variet, commutativam justitiam & æquitatem turbaret. Cunrad. Horn. *loc. citat.* Hoc autem medium uno verbo vocarunt nummum, quem aliis dederunt tanquam fidejussorem, ut, loco rei pro nummo datæ, quodvis recipere possent, modo nummum alteri traderent. Jacob. Boeni-
6. tius *tr. de Numm. lib. 1. cap. 2. p. 29.* Quis vero primus monetam invenerit, inter eruditos liquido non constat. Alii enim asserunt signasse nummos primum Pethonas Archivum; alii Erichtonium Athenienfibus & Liciis; Xenophanes Lydis hoc attribuit; Naxiis vero Aglosthenes, ast in Apologetico Septimius Florens Saturnum Principem nummos signasse tradit, atque ideo ærarii præsidem creditum vid. Ludov. Cœl. Rodig. *lection. Antiqu. libr. 10. cap. 2. fol. 432.* Alii sunt qui Tareti Patri Abrahæ hoc tribuunt, quum ex Sacris notum sit, quod Abraham, pro sepulchro Saræ conjugis, pecuniam, & quidem probatæ
7. monetæ publicæ, exsolverit vel appenderit. Factum autem id fuisse videtur ex more gentium recepto. Nam & de veteribus Islandis notat Lucas de Linda *libr. 8. Descript. orb. & omn. ejus Rerumpubl. p. 895.* Monetæ usum iis plane fuisse ignotum, sed argentum statera ipsos appendisse. Quin imo nostra quoque ætate monetam inprimis auream, per appensionem explorari patescit. vid. Casp. Anton. *Thesaur. de Augment. ac variation. Monetar. part. 1. n. 21.*

&

& seqq. p. 20. 21. & Consil. Illustr. & Celebrior. JCtor. Tom. 4. Consil. Viti Rolandi. *18. n. 2. 3. p. 522.* ubi. und lasse mich nicht irren, daß die Wort am Gepräg und Gewicht in die Verschreibung gesetzt, dann es ist nichts neues, daß auch die Silber-Müntz gewegen wird, wie dann alle Müntz klein und groß auf das Gewicht gemüntzt und geschlagen wird. Tarem igitur primum nummi inventorem fuisse, multi exi- 9.
stimant, in quorum numero e cæteris est Albericus 10.
de Rosate *Comment. ad libr. 1. de Contrah. Empt. num. 1. fol. 131.* qui inquit; *reperi in quadam scriptura hujus tam magni religiosi ordinis, fratrum Eremitarum, super passione CHRISTI, quod illi triginta denarii argentei, quibus Judas tradidit Christum, Servatorem nostrum, primi denarii, qui fabricati erant in mundo, quos Tares, pater Abrahæ, optimus faber, ad petitionem Regis Nini, filii Beli, fabricavit, deinde per multas manus pervenerint ad Sorbonnam Pontificum Hebræorum.* Jung. Joan. Coras. *Miscellan. Jur. Civil. libr. 3. cap. 13. n. 2. fol. 655.* Gvido Papæ *decis. Gratianopol. quæst. 493. num. 2. p. 731.* Ast vix quicquam certi hac in re concludere aut hariolari licebit. Omnium tamen ex his maxime probabilis est opinio Wichbildi Magdeburgensis artic. 8. in glossa: *Juris autem origo seu incrementum, secundum aliquos, tunc primum incepit, quum Enoch filius Cain civitatem primam construxit. Sancitum enim ibidem fuit,* quicquid unus labore acquisivit suo idem nullus *accipere potuit; sed nec illo alteri dare præsumsit. Excogitatum tandem ivit signum, in quo Principis imago exsculpta habebatur, signumque hujusmodi ostendere cogebatur is, qui aliquid alienare voluit, ad denotandum, quod cum consensu Imperatoris id faciat, repræsentabatque obedientiam. Romanis vero imperare & dominari incipientibus, Numaque Pom-*

pilio præsidente Regno, idem nummos instituit, juxta prius allegata, quos ex suo nomine Nummos appellavit, cum illisque fieri commercia fecit. Antehac enim usus nummi non erat; sed tota substantia hominum in pecoribus fuit, venditioque & emptio, non nisi per commutationem rerum exercebatur. Crescente vero hominum copia, cumque regna longinque possideri cœperant, nummique & res sine periculo de una regione in aliam deportari non poterant, ex gratia & favore Imperii admissum & nummos cudere Principibus provinciarum, ubi necessitas postulaverit, utilitasque, in signumque, quod de voluntate Regis id fieret, Imperator seu Rex signum aliquod mittere solitus erat. Causa

11. autem, ne quilibet pro arbitrio pecuniam signaret, cura quamobrem cudendi monetam ad superiores devoluta, est & testificatio, quod proba ea, quæ ab iisdem signata sit. Hinc Reinhardus Senior *Comes Solmensis* in Beschreibung von Ursprung des Adels *fol. 6.* die Müntze ist eines Fürsten Glaube/ und stehet sein Nahm/ Wapen und Siegel drauf wie auf einen Brief als eine gerechte gute Wahre. Et Caspar. An-

12. ton. Thesaur. *de Augm. monet. part. 1. n. 2. p. 13.* Monetæ itaque jus tanquam majestatis proprium. Martin. Rumelin. *dissert. 3. part. 3. ad A. B. Carol. IV. Thes. 19. Exeges. p. 61.* Dn. Benedict. Carpzov. *Commentar. Jurid. Polit. Histor. in L. R. cap. 8. S. 7. n. 7. p. 554.* Dn. Vit. Ludwig von Seckendorff, *part. 3.* des Fürsten-Staats *p. 181.* Anton. Hanffmann. *Resolut. de re monet. th. 6. p. 768.* & tale quod ossibus Principis cohæret. Matth. Wesenbec. *consil. 60. n. 31. fol. 157.* Ludov. a Pegvera *decis. 46. n. 1. p. 222.* Regalibus, majoribus vel maxime connumerari debet *A. B. Carol. IV. cap. 10.* R. A. zu Augspurg de ao. 1551. §. So haben wir uns. 46. ibid. dergleichen diejenigen so in Reich von uns oder unsern Vorfahren mit dem Regal der Müntz befreiet seyn. & R. A. zu

Speyr

Speyr de anno 1570. Alsdann auch die Müntzgerechtigkeit. *132. ibid.* Sondern unser Käyserlich Regal. &c. add. Dn. Conrad ab Einsiedel *de Regal. cap. 2. n. 212. p. 330.* Dn. Conrad. Carpzov. *p. m. dissert. inaugur. de Regal. th. 42.* Dn. Johann. Georg. Oppel *p. m. dissertat. de Monet. th. 8.* Franc. Vivius. *lib. 2. decis. 208. n. 4. fol. 280.* Henric. a Rosenthal. *de Feud. cap. 5. conclus 3. n. 2. fol. 149.* Joh. Limnæus *de Jur. Publ. Imper. Roman. Tom. 9. lib. 3. cap. 2. n. 52. p. 21. & ad A. B. cap. 10. observ. 1. n. 1. p. 363.* Gerlac. Buxtorff *ad d. cap. 10. conclus. 92. p. 166.* Regner. Sixtin. *de Regal. lib. 2. cap. 7. n. 17.* Henric. Bocer. *de Jur. Monetar. cap. 3. n. 1. p. 133. & tr. de Regal. cap. 2. n. 222. 226. p. 201. 202.* Christoph. Besold. *de Jur. Majestat. cap. 4. n. 50. p. 181.* Hinc est, quod Carolus Magnus jus 13.
monetæ adeo pro regali habuerit, tantique fecerit, ut alibi quam in ipso palatio cudi monetam noluerit, quemadmodum elucescit ex Capitulis Caroli Magni *Tit. de pac. cap. 18.* quæ allegat. Regner. Sixtin. *lib. 2. cap. 7. n. 18. p. 370.* Joh. Bodin. *de Republ. lib. 6. cap. 3.* ubi: *De monetis, quæ in diversis locis contra justitiam fiunt, volumus, ut nullo alio in loco moneta, nisi in ipso palatio fiat.* Cujus exemplum sequuti 14.
Imperatores sequentes & Reges, domos publicas nummis conficiendis destinarunt. Anton. Peretz *Prælect. in lib. 11. C. tit. de Veter. Numism. potestat. n. 6. p. 236.* Quin imo 15.
Rex Angliæ jus feriendæ monetæ hodie adeo proprium sibi habet, ut eam alibi, quam in turri Londinensi in signiri non patiatur. Dom. Arumæus *Vol. 4. Jpubl. disc. 43. n. 13. p. 353.*

CAPUT II.
DE PERSONIS QUIBUS JUS CUDENDI MONETAS IN IMPERIO COMPETIT.

SUMMARIA.

1. *Jus cudendi monetam Imperatori competit, adeo, ut præter hunc, illud quondam habuerit nemo.*
2. *Constantinus Imperator studium monetæ cudendæ in Imperatoris tantum monetis frequentari voluit.*
3. *Puniti quondam privati fuerunt, qui jus cudendi monetam, etiam ex rescripto vel annotatione Principis, sibi arrogarunt.*
4. *Ratio quamobrem, præter nomen, etiam imagines monetis suis impresserint Imperatores.*
5. *Præter Imperatorem qui monetam quondam signavit, is Majestatem ipsam læsit.*
6. *Eodem in statu fuit adhuc jus cudendi monetam tempore Caroli M.*
7. *Qui monetam vultu Principum signatam, conflare ausus erat L. Cornelia tenebatur.*
8. *Non apud Romanos solum sed & gentes alias; penes Principem summum jus cudendi monetas fuit.*
9. *Probatur idipsum exemplo Regis Persarum, Galliæ & Hungarorum.*
10. *Postquam status Imperii nostri Monarchicus in mixtum conversus est, cura rei monetariæ ad Ordines devoluta.*

II. Impe-

11. *Imperatori competit Regale cudendi monetam jure proprio, & præ cæteris.*
12. *Imperator, quoad Regalia & Jdictionem, instar maris est, quod fluminum concursu neque augetur, neque minuitur, & ex quo, tanquam fonte perenni, jura superioritatis, per investituras, privilegia, concessiones atque confirmationes proveniunt.*
13. *Imperium nostrum constat capite (sc. Imperatori,) & membris (sc. Statibus.)*
14. *Status appellantur pia Imperii capita, non simpliciter & in sensu absoluto, sed per analogiam quandam & convenientiam, ratione subditorum suorum.*
15. *Imperator etiam aliis concedere potest jus signandi atque cudendi monetam.*
16. *Quæ Principi competunt in privilegium bene concedi possunt.*
17. *Distinctio Hanffmanni, Imperatorem concedere posse jus monetandi Statibus majoribus, minoribus vero non nisi cum consensu Electorum proponitur.*
18. *Rejicitur, & articulus capitulationis Matthiæ 34. explicatur.*
19. *Per verba TANTUM, SALTEM, SOLUM, nullum introducitur exclusionis indicium.*
20. *Utrum privandi sint jure monetarum, quibus Imperator sine consensu & præscitu Electorum id ipsum concessit?*
21. *Ratio dubitandi.*
22. *Distinguitur inter illos qui jus monetandi acceperunt tempore antiquo, & illos qui acceperunt illud posterioribus temporibus, quo potestas Imperatorum, in concedendo jure monetali, limitata fuit.*

23. *Tempore Rudolphi, ob libertatem concedendi jus monetarum, quam adsumserunt sibi Imperatores nimiam, primum restricta illa fuit.*

24. *Evincitur idipsum ex Capitulationibus Caroli V. & Ferdinandi I. in quibus nihil hujus reperitur.*

25. *Quæ Imperatori in jure monetario, eadem & Regi Romanorum competunt.*

26. *Eadem Majestas ac potestatis plenitudo Regi Romanorum quæ Imperatori competit.*

27. *Rex Romanorum omnia jura Imperatoria exercere potest, non solum autoritate propria, sed nomine proprio.*

28. *Quæstio, utrum Regi Romanorum competat jus cudendi monetam, examinatur ex rationibus dubitandi.*

29. *Rex Romanorum appellat Imperatorem Dominum suum, ac minorem se profitetur.*

30. *Legatus Regis Daniæ dicens, se nomine regiæ suæ Majestatis Daniæ votum dare, a directore reprehensus est, qui nullam, præter Cæsaream, agnoscere Majestatem voluit.*

31. *Dubitantium rationi respondetur.*

32. *Rex Romanorum per se summum est principium a nullo, post electionem, dependens.*

33. *Caroli Vti, electi, nondum tamen consecrati Romanorum Regis, legati in conventu Caletensi primas contenderunt præ legatis Francisci Galliæ Regis, eo quod electus, vi electionis, plenam & liberam administrationem consequutus esset.*

34. *Verba Regis Roman. quibus Imperatorem dominum suum appellat, non superioritatem, sed amicam quandam venerationem inducunt, propterea, quod vocabulum* Herr *non nude sed cum adjecta voce* Bruder *ponitur.*

35. Quan-

35. *Quando Rex Romanorum in Imperio electus non est, tum administrationem in se suscipiunt, & vices Imperatoris gerunt Vicarii.*

36. *Vicariatus vigore A. B. in partibus Rheni & Sueviæ Palatino Rheni, in illis vero locis, ubi Saxonica Jura servantur, Electori Saxoniæ competit.*

37. *Vicariatus jus in terris Saxonicis quiete semper mansit apud Serenissimum Saxoniæ Ducem, in terris autem Rheni ac Sueviæ dudum controversum fuit inter Domus Serenissimas Bavaricam & Palatinam, utraque harum sectatores, inter doctos, qui hic enumerantur, reperiente.*

38. *Possessio Vicariatus notorie mansit penes Palatinum, usque dum Electoratus ejus ad Bavarum transferebatur.*

39. *Palatinus, post investituram Bavaro factam, jus suum scriptis publicis, quæ adducuntur hic, tutari conatus est, sed frustra, adeo ut ne quidem in ipsis Tractatibus pacis universalis se moveri passus sit Imperator, ut mutaret ea, quæ antea in Comitiis erant acta.*

40. *Videbatur controversiæ huic terminus positus per Pacificationem Osnabrügensem art. 4. §. 5. Recruduit tamen inter Dn. Carolum Ludovicum & Dn. Ferdinandum Mariam.*

41. *Quæstio, utrum per Instrumentum pacis Osnabrügense Jus Vicariatus simul cum Electoratu transiverit in Bavarum, an vero adhuc competat Palatino & sit separatum jus ab Electoratu ipso, remissive tractatur ad utriusque partis informationes ac scripta publica.*

42. *Controversia hæc tandem ad consessum Electoralem deducta, indeque ad amicabilem partium conventionem transmissa, cum indignatione Electoris ac Ducis Bavariæ.*

43. Sa-

43. *Saxoniæ Elector Serenissimus in expeditionem communem ut collegam adsumsit Bavariæ Electorem Serenissimum.*
44. *Sub horum quoque sigillis processus emanarunt in nupero interregno ex Camera Imperiali.*
45. *Quod dudum antea veritus Fridericus Elector Palatinus, hoc nomine conquestus est in instructione legati sui apud Saxoniæ Electorem.*
46. *Cuicunque Vicariatus competit, ei & jus cudendæ monetæ ut vicario competit, teste ac indice experientia indubitato.*
47. *Dubitatur de hoc ex Politicorum Principiis.*
48. *Ubi deficit Majestas, ibi quoque particulæ majestatis seu Regalia deficiunt.*
49. *Majestas in Vicariis deficit, quia ad manus futuri Regis imperium omne restituere debent.*
50. *Majestas nulla est quæ proprio nomine non exercetur.*
51. *Vicarii omnia nomine Imperii faciunt.*
52. *Deciditur, quia vicarii, tempore interregni, omnia possunt, quæ in Imperio Imperator, cujus vicem gerunt.*
53. *Vicarii habent jus beneficia Ecclesiastica vacantia præsentandi, colligendi reditus & proventus Imperii, investiendi de feudis, juramentum fidelitatis, nomine Imperii, recipiendi.*
54. *Per Constitutionem Caroli IV. quædam duntaxat Vicariis prohibita & specialiter reservata sunt, adeoque reliqua, non prohibita nec reservata, illis concessa & relicta censentur.*
55. *Prohibitio & exclusio quorundam inducit concessionem, aliorumque inclusionem.*
56. *Frustra fuisset Vicariis quædam in specie prohibere, & a potestate illorum excipere, si nihil, ultra id quod expressum, ipsis permittendum foret.*

57. Ratio-

57. *Rationibus dubitandi respondetur.*

58. *Vicariis non competit jus cudendi monetam jure proprio sed ex concessione, permissione & in vicem ac locum alterius.*

59. *Quemadmodum dignitas regalis sine juribus regalibus consistere, sic etiam jura regalia sine titulo regali esse possunt.*

60. *Pontifici competit jus cudendi monetam non jure proprio, sed ex liberali indulgentia Imperatorum Christianorum.*

61. *Opinio Kitzelii, causam potestatis hujus Pontificalis in donatione Constantini M. ponentis, proponitur & rejicitur.*

62. *Verum fundamentum potentiæ Pontificalis ex abjecta ab Imperatoribus & in Pontificem Romanorum manus resignata religione deducitur, & latius aliquanto exponitur.*

63. *Jus cudendi monetas habent omnes Imperii Status.*

64. *Utrum jure proprio, vigore superioritatis territorialis* Krafft hoher Landes und Fürstl. Obrigkeit; *an vero ex concessione Imperatoria id ipsum habeant disquiritur ex rationibus dubitandi ac decidendi.*

65. *Actus & species superioritatis territorialis est jus cudendi monetam.*

66. *Qui habet Superioritatem territorialem jure proprio, & independenter, in rebus ad Comitia spectantibus, ille quoque in iisdem partes superioritatis habet jure proprio & independenter.*

67. *Quæ in Comitiis, quoad Imperium totum, statuuntur, ea status, Comitiorum participes, in ditionibus suis, potestate independenti, administrant, nisi L L. publicis mutuo obligati impediantur.*

68. *Nec legibus publicis nec conventione propria obligarunt ſe ſtatus de jure monetario non exercendo.*

69. *Sunt Status Imperii qui jus cudendi monetam non habent.*

70. *Concluditur, ſtatus Imperii habere jus cudendi monetam non jure proprio, ſed ex Speciali Imperatoris conceſſione & privilegio.*

71. *Ratio hujus adſertionis ab Henric. Bocero allata, Principes Imperatore inferiores inſtar Proconſulum & Præſidum Provincialium eſſe, & ſic regalia jure proprio vindicare ſibi non poſſe, tanquam abſurdisſima & periculoſisſima, rejicitur.*

72. *Opinio illorum qui exiſtimant, jus Reipubl. noſtræ Germanicæ publicum hauriri plane poſſe, imo hauriendum eſſe ex fontibus juris civilis, destruitur.*

73. *In deciſionibus cauſarum is ſtatus attendendus eſt ſemper, qui nunc eſt, non qui olim fuit aut futurus eſt.*

74. *Qui Principes Imperii noſtri inſtar Proconſulum eſſe cenſent, illi omnem, in quibuscunque Principatibus, ſive patrimonialibus ſive minus patrimonialibus, poteſtatem liberam tollunt, quod tamen jura naturæ & gentium valide ſuſtinent.*

75. *Qui in Comitiis votum & ſeſſionem habent, non tanquam conſiliarii, ſed ut Principales, illi Pro S. S. inſtar eſſe non poſſunt.*

76. *Examinatur & deſtruitur ratio Joachimi Clutenii adſerentis, ideo jus cudendi monetam competere Statibus Imperii ex conceſſione & Privilegio Imperatoris, quod moneta rationibus Statuum Imperii ſubjecta ſit, & cognitioni circulorum ſingulorum quibus ea de re publice inquirendi poteſtas eſt.*

77. *Nunquam ex Germanicis, Imperator ſolus poteſtatem abſolu-*

ſolutam ſibi arrogavit, &, ſi arrogaret, leges fundamentales ipſi obſtarent, ipſaque obſervantia.

78. *Quicquid in Comitiis, ſive de moneta, ſive aliis Juris publici capitibus, agitur & concluditur, contractus & transactionis inſtar eſt inter Imperatorem ex una, & Imperii ſtatus ex altera parte.*

79. *Refellitur opinio illorum qui tradunt, ideo non competere jus cudendi monetam ſtatibus jure proprio, quod a circulis examinentur ac probentur monetæ illorum.*

80. *Domini proprietarii, pro lubitu, re ſua abuti non poſſunt, ſed, in rebus ſuis diſponendis, arbitrium & voluntatem ſuperioris reſpicere debent.*

81. *Deſtruitur ratio illorum, qui adſerunt, competere ſtatibus Imperii jus cudendi monetam, non jure proprio, ſed per concesſionem, quod Principes primævi hanc poteſtatem quondam ab Imperatoribus Specialiter acceperint, & ſic, per modum concesſionis ac Privilegii, id ipſum uſurpaverint.*

82. *Temporibus veterum Germanicorum Imperatorum Duces ac Principes Germaniæ territoria ſua nondum cum omni ſuperioritate poſſederunt ſed Imperatores jus ſuperioritatis multaque alia ſibi reſervarunt, & per Palatinos ſeu Pfaltzgravios, Landgravios & Advocatos, in omnibus Imperii provinciis tam ſecularibus quam Eccleſiaſticis, exercuerunt.*

83. *A Principibus Germaniæ primævis ad modernos argumentari abſurdum eſt.*

84. *Vera & genuina ratio, quamobrem ſtatus imperii jus cudendi monetam non jure proprio, ſed ex concesſione Imperatoria habere dicantur, deducitur (1.) ex textibus Imperii perſpicuis.*

85. *Ratio hujus adſertionis ſecunda petitur ex ſpeciali con-*

cessione, qua, per modum privilegii, Electoribus aliisque Imperii statibus jus cudendi monetam concessum est.

86. *Tenor concessionis Conradi IV. factæ Episcopo Mindensi.*

87. *Tenor privilegii monetarii a Maximiliano II. Principi & Comiti Holsatiæ & Schaumburgi concessi.*

88. *Tenor privilegii Monetarii a Friderico III. Reipubl. Coloniensi concessi.*

89. *Tenor privilegii monetarii a Carolo V. Reipubl. Francofurtensi concessi.*

90. *Tertia adsertionis ratio petitur ex ipsa juris ratione.*

91. *Sine speciali concessione non intelliguntur translata, quæ in signum privilegii singularis, Cæsareæ Majestati sunt reservata.*

92. *Ampliatur adsertio, ut vera sit, etiamsi status aliquis investitus cum omni jure aut omnibus pertinentiis* mit allen Nützungen zu und eingehören/ an Zinsen/ Gülden/ Renten/ jährlichen Einkommen Gerecht und Rechten.

93. *Verba investituræ cum omni jure illud tantummodo jus spectant, quod Ducatui, Marchionatui vel Comitatui cohæret.*

94. *Regalia sunt jura personalia ossibus Imperatoris cohærentia.*

95. *Principes inferiores absque privilegio speciali, nullo jure privilegia sibi vindicare possunt.*

96. *Nobiles immediati* die freye Reichs-Ritterschafft in Schwaben/ Francken und am Rhein/ *quamvis multa insignia & præclara habeant privilegia, jus tamen cudendi monetam non habent.*

97. *Præter imperii ordines facultas cudendi monetam concessa est civitatibus quibusdam municipalibus videlicet, Hoxario, Halberstadio, Hannoveræ, Osnabruggo, Mindæ,*

Monaste-

Monasterio, Hildesheimio, Göttingæ, Northeimio, Brunsvigæ, Magdeburgo, Sundæ, Stetinæ aliisque

98. *Personis quoque privatis quondam jus cudendi monetas concessum ab Imperatoribus.*

99. *Id quod probatur exemplo illustri* der Müntzer *qui in communi, atque rem illam deputata æde, jus cudendi monetas, ex concessione Imperatorum, usurparunt, simulque officia civitatum primaria gerebant.*

100. *Familiæ illorum* die Müntz-Geschlechter *supersunt hodie Wormatiæ & Spiræ.*

101. *Monetarii illi appellabantur* die Haußgenossen/ *ubi latius aliquando de statu illorum hominum disseritur.*

102. *Concessio hujus privilegii privatis facta in grave totius Reipublicæ dispendium cessit, indeque Imperatores postea Electoribus fidem in capitulationibus dederunt, se nemini, absque consensu Electorum, jus cudendi monetam concessuros.*

103. *Extra tamen Imperium Germanicum in Bohemia multis privatis, notæ non inferioris, jus monetandi concesserunt Imperatores, qui tamen, ob defectum auri & argenti, exercere illud non possunt.*

COmpetit autem jus cudendi monetam (1.) Imperatori, quod adeo verum est, ut quondam, præter hunc, jus cudendi suaque imagine signandi monetam habuerit nullus. Bartol *super Tit. C. de Veter. Numism. potest. lib. 11. l. 1. n. 2. fol. 39.* Ludov. a Peguera *Decis. 64. n. 2. p. 223.* Joach. Mynsing. *Centur. 4. observ. 24. p. 288.* Martin. Rumelin, *part. 1. dissert. 8. cap. 10. th. 29. p. 268.* Henric. Bocer. *cap. 2. n. 226. p. 202.* Caspar. Anton. Thesaur. *Tr. citat. part. 1. n. 7. p. 13.* 1.

 Hinc

2. Hinc Constantinus Imperator in monetis, Cæsaris modo studium frequentari voluit. *l. si quis nummos 2. C. de Falsf. monet.* Quod adeo observatum, ut sub imperio Theodo-
3. sii Valent. & Arcad. puniti sint privati, qui hoc jus, etjam ex rescripto vel adnotatione Principis, sibi arrogassent. *l. 3. d. tit. C. de Falsf. monet.* ibique Anton. Peretz. *num. 5. p. 235.* Id quod evincit etiam quæstio Servatoris nostri cum Judæis apud Matthæum *cap. 22. vers. 20. & 21.* Luc. *cap. 20. v. 24.* Marc. *cap. 12. vers. 16.* ubi, ut convinceret Judæos subjectionis suæ, inquit, ostendite mihi numisma census. At obtulerunt ei denarium, & ait, cujus est imago & superscriptio? Dicunt ei, Cæsaris. Hinc concludit: Date igitur Cæsari quæ sunt Cæsaris & DEo quæ sunt DEi. Et hæc
4. quoque ratio erat, quamobrem Romani Imperatores, præter nomen, etiam imagines suas, monetis impresserint *l. solidos. 1. C. de Veter. numism. potest.* Francisc. Hottomann. *de Re nummar. lib. 4. cap. 5. fol. 503.* adeo ut pluribus regnantibus, singulorum vultus singulis nummis impressi fuerint. Tiber. Decian. *Tr. criminal. tom. 2. lib. 7. cap. 23. n. 19. fol. 198.* Cujusmodi nummorum aureorum, argenteorum, æreorum Julii Cæsaris, Tiberii, Neronis, Vespasiani, Domitiani, Commodi, Trajani, Gordiani, Hadriani, Aureliani, Constantini Jun. Divæ Faustinæ, Plausillæ, Augustæ, Nervæ, aliorumque Imperatorum vultum & nomen referentium, non ita pridem hoc seculo Montispelicardi magnus thesaurus repertus, refert Würtenberg. Reis-
5. sebuch *fol. 102.* Hic ergo, præter Imperatorem olim qui monetam signavit, Majestatem ipsam læsit, & ideo Commodus Imperator familiarem suum Perennium pœna capitis ad-
6. fecit, quod nummos publicos imagine sua signasset, teste Herodiano *in Commodo.* In eodem quoque statu potestatem hanc

hanc cudendi monetas tempore Caroli M. adhuc fuisse apparet ex *Capitul. ejus Tit. de Pace. c. 8.* Add. Dominus Conrad ab Einsiedel *n. 215. de regal. c. 2. p. 332.* Quin &, qui mone- 7.
tam vultu Principum signatam conflare ausus fuerat, is L. Cornelia tenebatur, teste Paul. *5. sentent. 25.* Ast non apud Romanos solum sed etiam gentes alias penes Principem summum jus cudendi Monetas fuit. Sic Persarum Reges 8.
aureos nummos signasse imagine sua ex aliis referunt Joh. Bodin. *de Rep. l. 1. c. 10. p. 265.* Henn. Arnisæ *de Jur. Maj. l. 2.* 9.
c. 7. n. 4. p. 431. Unde & Darius Ariandrum Præfectum Ægypti capite plecti jussit quod effigiem suam nummis impressisset Herod. *l. 4. in Melpom.* Hoc idem jus a Ludovico XII. Galliæ Rege tanti habitum est, ut, cum cætera Majestatis jura Genuensibus a se devictis concederet, unum hoc sibi reservaret, ut nummos publicos alterius quam sua imagine cudi noluerit, quo absolutum se in eos imperium habere declararet. De Hungarorum Politia testantur Historici, nullum, in tam spatioso ambitu, Rege excepto, monetam vel telonium habere audere. Hinc Poëta Günther, *lib. Ligurin. 3. de Friderico 2. fol. 81.*

Rege figuratam Regis patet esse monetam
Cæsaris, & Domino sub Cæsare fulget imago.

Posteaquam vero status Imperii nostri Monarchicus 10.
in mixtum conversus est, de quo vid. latissime Johann. Limn. *tom. 1. lib. 1. Jurispubl. c. 10. n. 12. usq. ad fin. p. 146.* Cura rei monetariæ ad ordines devoluta, quod, tot Imperii Recessus indicant & ex illis præcipue R. A. zu Nürnberg de 11.
ann. 1525. §. dergleichen 25. Hoc tamen non impediente proprio jure, & præ cæteris, hoc regale competit Imperatori, si- 12.
quidem ipsi, quoad Regalia & Idictionem, instar maris est, quod fluminum concursu neque augetur neque minuitur. Jason. *in l. qui Romæ 122. §. Seja. 5. n. 15. de Verb. obligat. fol. 343.*

Tob,

Tob. Paurmeist. *de Idiction. Imp. Rom. lib. 1. c. 4. n. 23. p. 558.* Didac. Covarruv. *Practic. quæst. c. 2. n. 2. fol. 174.* Octavian. Cacheran *decis. Pedemont. 30. n. 14. fol. 58.* Henning. Gœden *Consil. 59. n. 5. fol. 360.* & ex ipso tanquam fonte perenni jura illa superioritatis promanant per investituras, privilegia, concessiones, & confirmationes. vid. Thom. Mich. *de Idict. concl. 1. lit. C. p. 596.* d. Paurmeister *loc. cit. n. 22. p. 55.* Bernh. Græv. *pract. conclus. & considerat. lib. 2. conclus. 1. n. 51. fol. 6.*

13. Constat enim imperium nostrum capite & membris. Caput Imperator est per text. A. B. Tit. 2. §. Ich N. Ertz-Bisch. ibi: Ein weltlich Haupt R. A. zu Augspurg de anno 1530. §. dergleichen wir 68. ibi. Als Römischer Käyser und Haupt. R. A. zu Wormbs de anno 1545. §. Also und dermassen 8. ibi. Daß wir als das Haupt. & in aliis imperii constitutio-

14. nibus passim. Membra vero Imperii sunt status & proceres, qui capiti suo, h. e. Imperatori tanquam pia membra uniuntur, unde dicuntur eingeleibte Glieder der Käyserlichen Majestät. R. A. zu Regenspurg. de anno 1541. in princ. item, Glieder des Reichs R. A. zu Regenspurg. de anno 1527. §. und fürter. item, Christliche Glieder des Reichs Add. R. A. zu Regenspurg. de anno 1567. §. darmit auch Chur-Fürsten 65. ibi. als dem Oberhaupt und ihn als den Gliedern. Quod & agnoscit Hippolitus a Lapide strenuus alioquin præeminentiæ Imperatoriæ impugnator, *de Rat. Stat. p. 1. cap. 2. circ. fin. p. 36.* Imperatorem, tanquam Principem, cæteris dignitate præfulgere ait: Non obstante R. A. zu Nürnberg. de anno 1524. §. Weiter. 37. ubi etiam status pia Imperii capita appellantur. Hæc enim appellatio non tribuitur ipsis simpliciter & in sensu absoluto, sed ratione suorum subditorum per analogiam quandam & convenientiam. An ergo Imperator etiam aliis jus signandi atque

cudendi

cudendi monetam concedere poterit? Ita dicendum. 15.
Quæ enim principi competunt, bene possunt in privile- 16.
gium dari. Joach. Mynsing. *observ. centur. 4. observ. 24. p. 288.* Ludov. Peguera *decis. 64. n. 3. p. 222.* Distinguit equidem Anton. Hanffmann *disputat. de Re monetar. Resolut. 6. lit. A.* 17.
inter Status majores & minores, & Imperatorem privilegium monetandi concedere posse Statibus Imperii majoribus, concedit; ast in minoribus secus esse. Minoribus enim, absque Electorum consensu, hoc reservatum non concedere posse Imperatorem, idque per verba Capitulationum expressa, ubi: Ohne Vorwissen der Churfürsten, niemands, wes Standes oder Wesen Er sey, mit Müntz-Freyheit begaben oder begnadigen. Ast directè adversantur hæc verba 18.
Hanffmanno, judice ac interprete Johann. Limnæo, *in Annotam. ad Capitulat. Matthiæ artic. 34. num. 2. 3. & seqq. p. 569.* qui regulam hanc generalem esse, nec ullam admittere limitationem, sed hoc velle existimat: Imperatorem nulli, cujuscunque status vel ordinis ille sit, nullo habito respectu Major vel minor status sit, posse jus monetandi concedere sine præscitu Electorum. Textu itaque paulò accuratiùs inspecto constat, regulam generalem, ratione extensionis ibi positam, reiterari, non autem in eadem doceri, quasi Imperator plus habeat juris in concedendis privilegiis monetandi majoribus Statibus, quàm minoribus. Mentio quidem sit in *allegatâ capitulatione* Matthiæ juncta Rudolphi II. *art. 29. p. 511.* Ferdinand II. *art. 33. p. 593.* Ferdinand. III. *art. 37. p. 675.* Ferdinand. IV. *art. 35.* Leopoldi *art. 34.* aliqualis statuum minorũ; sed unius inclusio non statim est alterius exclusio. Dum enim includuntur minores, non excluduntur majores, præsertim ubi per verba TANTUM, SALTEM, SOLÙM 19.
&c nullum exclusionis introducitur indicium. Herm. Her-

E mes

mes *Fascic. Jur. publ. cap. 31. n. 61. p. 554.* Quandoquidem vero in capitulationibus allegatis in verbis: Ohne Vorwissen der
20. sechs Chur-Fürsten. Consensus Electorum requiritur expressus, in concedendo jure monetali, dispiciendum erit ultra, utrum privandi sint jure monetarum, quibus Imperator sine consensu & præscitu Electorum jus illud conces-
21. sit? Ita quidem videtur, per text. in capitulatione allegata expressum. artic. 34. ibi. Sondern diejenigen/ welche dasselbe Regal nicht mit der Chur-Fürsten Bewilligung erhalten/ des-
22. sen gantz priviren. Benignius & æquius tamen erit, distinguere inter illos, qui, citra Electorem adsensum, jus monetandi acceperunt, antiquo & illo fortassis tempore, ubi adhuc in potestate sola Imperatoris fuit, illud concedere, etiam sine Electorum consensu; Hos enim, sine causa rationabili, destituendos non esse privilegio illo, nisi fortean eodem abutantur; Tunc enim omnino privari, nec in integrum restitui debent, nisi ubi Electores adsenserint, & inter illos, qui id acceperunt eo tempore quo Imperatoris potestas ita limitata fuit, ut non aliter jus cudendi monetam
23. conferret, nisi cum adsensu Electorum, quod factum esse primum tempore Rudolphi patet *ex artic. ejus Capitulationis 29. p. 511.* Factum autem id ideo, quod Imperatores anteriores potestate sua in hoc negotio abuterentur, & liberio-
24. rem potestatem concedendi jus monetarium sibi arrogarent, argumento illorum quæ traduntur in A. B. *cap. 10. in fin.* Unde & Carolus V. & Ferdinandus I. in quorum capitulationibus restrictio potestatis concedendi jus monetarum sibi attribuunt, nulla Electoralis consensus facta mentiones vid. Käyser Carl Müntz-Ordnung *de anno 1551. cap. 14.*
25. *§. 16.* apud Goldast. *p. 2.* der Reichs-Satzungen *p. 756.* jung. Herm. Hermes *Fascic. j. publ. c. 31. num. 61. p. 554.* Quæ de Impera-

peratore hactenus dicta, ea (II.) etiam in Rege Romanorum, dem Römischen Könige obtinent, qui Rex Germaniæ appellatur in R. A. zu Speyer *de anno 1542. in pr.* R. A. zu Nürnberg *de anno 1542. pr.* R. A. zu Augspurg *de anno 1555. in pr.* R. A. zu Regenspurg *de anno 1557. in pr.* & interdum, Imperatore adhuc inter mortales versante, ab Electoribus creatur, ut, eo absente, vel impedito, Imperii administrationem suscipiat, & tandem, Imperatore mortuo, sine ulteriori Electione, nomen, dignitatem, autoritatem, omniaq; Imperatoris jura capessat. R. A. zu Augspurg *de anno 1555. in pr.* vid, Johann. Limn. *Annotam. ad Capitulat. Ferdinand. I. Procem. verb.* mit folgender Genehmhaltung und ratification. *num. 28. 29. 30. & 31. p. 432.* & ad *capitulat. Maximilian. II. Procem. verb.* nützen. *n. 1. p. 488.* ubi eleganter expedit quæstionem, utrum Rex Romanorum, vivo imperatore eligi juste possit & pro ratione necessitatis publicæ, debeat, sed instituto nostro, in præsenti, nil horum considerare convenit; Mihi quidem sufficit hic attendere, quod eadem maje- 26.
stas ac potestatis plenitudo, quæ Imperatori, competat Regi Romanorum per text. expressum in R. A. zu Speyer *de anno 1542.* §. Würde sich aber jemand *102. versic.* So haben wir. ibi: von Römischer Käyserl. und Königlicher Macht und Vollkommenheit. & *ib. de anno 1544.* §. und damit nun dieser *46. vers.* ferner soll und will ich auch. *ibi.* biß auf der Römisch-Käyserl. oder Königlichen Majestät Vergleichung und Bescheid. & R. A. zu Nürnberg *de anno 1542.* §. und damit aber das zuziehende Krieges-Volck. *74. vers.* meinen und sehen ibi: von Römischer Käyserlicher und Königlicher Macht und Vollkommenheit. Hinc est quod, absente vel impedito Imperatore, Rex Romanorum omnia jura Impera- 27.
toria exercere possit, non solum autoritate Imperatoria,

sed proprio nomine. R. A. zu Augspurg *de anno 1555.* §. So sich dann abermahls. 565. *ibi.* dessen Liebden/ Electori sc. Moguntino, Wir/ an statt Käyserlicher Majestät/ und für uns selbsten/ als Römischer König/ solches hiermit befehlen Confer plenius de Rege Romanorum Georg. Schönborn. *5. politic. 19. p. 523.* Theodor. Reincking. *de Regim. Secular. lib. 1. Class. 2. p. 14.* Reinhard König. *Theatr. Politic. part. 1. cap. 24. n. 9. & seq. p. 418.* Dan. Otto *de I. P. cap. 15. p. 517. & seqq.* Henric. Zöllner *de Republ. Rom. Elect. p. 142. aliosq.* Secundùm hæc itaque dijudicandum erit, utrum Re-
28. gi Romanorum competat jus cudendi monetam; Quod quidem ideò in dubium vocari possit, quia apud Regem Romanorum nulla esse videtur Majestas, & sic neque potestas cudendi monetam; Prius illud inde patescit, quod Rex
29. Imperatorem suum dominum appellare soleat. R. A. zu Speyer *de anno 1542.* ac minorem se profiteatur, adeoque una & summa Majestas sit in Imperio, cujus intuitu aliis, non Majestatis, sed regiæ dignitatis Königlicher Würde titulus tribuitur. R. A. zu Speyer *de anno 1527.* §. weiter als Köni-
30. gliche Würde zu Hungarn. 12. Ideo, quum legatus Daniæ Regis aliquando diceret, se nomine regiæ suæ majestatis Daniæ votum dare, reprehensus est à directore, qui nullã eo in loco Majestatem, præter Cæsarem, agnosci regessit.
31. Dubio tamen huic respondere difficile non est; Quamvis enim penes Romanorum regem propriè majestas non sit, si rem secundùm placita Politicorum curiose trutinare velimus, qvum tamen Rex Romanorum per se summum sit principium à nullo post electionem dependens. Dom. Arum *discurs. 2. ad A. B. cap. 21. p. 114.* non video, quomodo ei re-
32. galia & sic jus cudendi monetam deneganda sint Regner. Sixtin. *de Regal. lib. 1. cap. 4. num. 10. seqq. pag. 66.* ideò quum, in

in conventu legatorum Caroli V. Imperatoris & Francisci 33.
Galliæ Regis *Anno* 1521. Caleti habito, Regis legati præcedere vellent, & Carolum V. electum quidem Romanorum Regem, sed nondum consecratum esse tum temporis obtenderent, merito legati Caroli V. primas contenderunt, quod, vi electionis, plenam & liberam administrationem electus jam consecutus fuisset. Herm. Hermes. *Fascic. J.* 34.
P. cap. 32. num. 21. p. 602. Quam sententiam non impedit, quod allegabatur supra, Regem Romanorum appellare Imperatorem Dominum suum. Hæc enim verba non inducunt superioritatem sed potius amicam quandam venerationem, id quod vel inde patet, quia vocabulum Herr non nude, sed cum adjecto vocabulo Bruder ponitur, ceu patet ex R. A. zu Augspurg *de anno* 1555. §. Solches alles und jedes wie ob geschrieben 143. *ibi.* die Kayserl. Majestät unsern lieben Bruder und Herrn. Quod si vero Rex Romano- 35.
rum electus non sit, tum Imperii administrationem in se suscipiunt, & vices Imperatoris in eo gerunt, usque dum Imperator novus constituatur, vicarii. Et in partibus qui- 36.
dem Rheni, Sueviæ & jure Franconico, vigore A. B. tit. 5. Palatinus Rheni, in illis verò locis ubi Saxonica jura servantur, Elect. Soxoniæ vid. Gerlac. Buxtorff *ad A. B. Conclus.* 57. *p.* 132. Thom. Michael. *de Idiction. Conclus.* 29. *p.* 614. Henric Bocer. *de Regal. cap. 2. num.* 61. *p.* 83. Richard. Dieter. *de Summ. Summ. Imper. Potestat. conclus* 21. *p.* 105. Dominus Benedict. Carpzov. *Comment. Histor. Polit. Jurid. in L. R. Section.* 12. *&* 13 *per tot.* Quod ipsum vicariatus jus in terris Saxonicis quietè & indubitatè perpetuo manet apud Serenissimum 37.
Saxoniæ ducem; In terris autem Rheni ac Sueviæ dudum controversum fuit inter Domûs Serenissimas, Bavaricam & Palatinam; Substitit tamen controversia illa inter pri-

vatas atque doctissimas, Burgundi, Gevvoldi & Marci Freheri manus, quorum illi pro Bavaris, dignitatem Vicariatus Palatinis, respectu Bavariæ, hic pro Palatinis, ratione Palatinatus Rheni competere pugnavit. Habuit utraque pars Sectatores suos inter doctos. Frehero enim pro Palatinis adstipulantur Gerlac. Buxtorff. *ad A. B. thes. 55. lit. e. Just.* Sinold Schütz *Volum. I. I. P. disputat. 5. Th. 10. lit. B.* Christoph. Besold. *lib. 3. d. Success. Reg. dissert. 4. § 5.* Contrarius sibi & Gewoldo, Bavaris accedens in *Thes. pract. in vocab.* Bayern *p.*
38. *138. & tr.* posthum. *de Jur. publ. p. 3. c. 5.* possessio tamen ejus perpetua mansit ac notoria penes Palatinum, usque dum Anno *1623.* In Comitiis Ratisponensibus Electoratus ille ad Serenissimam Domum Bavaricā transferebatur quod prolixe ostendit der Käyserliche Vertrag Ihrer Fürstl. Durchl. in Bayern Belehnung mit der Chur Pfaltz betreffende / apud Caspar. Londorp. Tom. I. Actor. publ. lib. 6. cap. 158. p. 1082. ibi. Hierümb so seynd allerhöchstgedachte Römische Käyserl. Majestät gäntzlich entschlossen / angedeuteten hohen Verdienst in Käyserl. Gnaden danckbahrlich zu erkennen / und darauf Ihre Fürstliche Durchlaucht mit dero heimgefallenen Chur Pfaltz-Hoheit / Rechten / session, Stimm und Wahl / gegen Leistung gewöhnlicher Chur Lehn-Pflicht / obgehandelter massen / aller gnädigst zu belehnen: Zu welchen Ende dann dieser Käyserliche Actus angesehen worden / jung cap. seq. 159. fol.
39. 1083. ubi actus investituræ perficitur. Et quamvis, post hanc investituram, Palatinus causam & jus suum pluribus tutari conatus sit, In einen Manifest und Ausschreiben an die Römische Käyserliche Majestät und alle Christliche Könige Chur-Fürsten und Stände in und ausserhalb des Reichs / betreffend / Seiner Chur-Fürstlichen Durchläuchtigkeit Erb- und successions-Recht an den Chur- und Fürstenthümern

mern der Pfaltz-Grafschafft beym Rhein, deren Recht, Session,
Stimm, Wahl, Land und Leute, quod anno hujus seculi
37. prodiit, non tamen se moveri passus est Imperator, ne
quidem in ipsa pacis universalis compositione, quo minus
id quod Ratisponæ actum erat, firmum, ratumque haberi
vellet, veluti prolixe indicat propositio Käyserlicher Pleni-
potentiarien die Pfältzische Restitution betreffend. *13. Mart.*
1647. Osnabrug. den Mayntzischen directorio übergeben, quam
exhibet *Auctor præliminarium Pacis Imper. p. 282.* & sane vi- 40
deri potuisset controversiæ huic terminus suus positus *per*
Pacification. Osnabrug. artic. 4. §. 3. Recruduit tamen, post
obitum Ferdinand. III. gloriosissimæ memoriæ, inter Caro-
lum Ludovicum Palatinum Rheni, ac Ferdinandum Ma-
riam, Bavariæ ducem, & acriter controverti cœptũ; An per 41.
Instrumentum pacis Osnabrugensis jus illud vicariatus, si-
mul cum Electoratu, transierit in Bavarum, an vero adhuc
competat Palatino & sit separatum jus ab Electoratu ipso?
Extant hac de re informationes ac scripta publica, unde
studiosus lector utriusque partis rationes videre potest,
veluti a parte Palatini, der kurtze Bericht von des Heil. Römi-
schen Reichs der Chur-Fürstlichen Pfaltz zustehenden vicariat;
a parte Bavari, kurtzes Gegen-Bedencken und Bericht von der
Chur-Fürstlichen Pfaltz vicariats-Gerechtigkeit. it. Abschrifft
des Chur Bayerischen wegen des Chur Pfaltzischen Patents,
sub dato München, den 2. 12. Jun. 1658. Præterea, Relatio
oder Bericht Ihrer Chur-Fürstlichen Durchläucht. zu Pfaltz
wegen Chur Bayerischer gewaltsamer Einnehmung der
Stadt Weyden und Barckstein, cui ex opposito respon-
det, gründlicher Bericht wegen der von Chur Bayern, als
rechtmässigen Reichs Vicario, in Weyde und Barckstein
gantz nothwendig und billig-mässiger Weise vorgenommene
exeqvu-

exeqvution Porrò, Chur Bayerisch Patent wegen Genehm-halt-und Beobachtung des bey dem Kayserlichen Cammer-gerichts zu Speyer Chur-Bayerische Vicariats Jnsiegel/ sub dato München den *1. 11. April. 1658.* & Chur Bayerisches Patent wegen der Lehn Empfängnüß sub dato, ut paulo ante; Cui è contrario respondet Chur Pfältzisches Patent, wegen nicht Genehmhaltung des Chur-Bayerischen vicariat Jnsiegel/ sub dato Heidelberg den *23. April. 1658.* Quibus uterque jus suum ad vicariatum plenè deduxit, quæque exhibentur omnia in Act. publ. Francofurtens. *Tom. 1. de Anno 1657. Mens. April. p. 70. seq.* & ejusdem *anni mense Jun. pag. 310.*
42. *seqq.* eodemque *mens. p. 671. seq. & 698 seq.* Deducta fuit tandem hæc controversia ad consessum Electoralem indeque ad amicabilem partium conventionem transmissa, ceu ipsemet indicat Dux atque elector Bavariæ in literis ad Electorem Moguntinum, sub dato München den *7. 17, Octobr. 1648.* quæ extant in Act. publ. Francofurt. *citat. Tom. 1. de ann. 1568. Mens. Octobr. p. 1119. ibi.* Wie ich dann auch dasjenige Chur-Fürstliche Collegial Schreiben/ in gemeldeter materien sehr hoch æstimiret hätte/ wann ich es in terminis wie ich verlanget/ erhalten können: Jch vernehme aber daß selbigem ein anderer gantz ungehöriger Zusatz eingerucket und mir zugemuthet werden will/ mit gedachtes Pfaltz-Gravens Carl Ludwigs L. D. in Puncto Vicariatus einigen Vergleich zu treffen/ so ich mir nie zu Gemüthe kommen lassen &c. Sed hæc ultra, quàm instituti ratio hactenus postulat, non attingo. Nec
43. tamen prætereundem esse censeo, Serenissimum Saxoniæ Electorem, ceu Vicarium alterum, Serenissimum Bavariæ Electorem in expeditionem communem, ut collegam, adsumsisse, prout ipsemet indicat in literis responsoriis ad Sereniss. Palatinum *sub dato* Dreßden den *30. April. 1657. in Actis publ.*

publ. Francofurt. Tom. 1. pag. 80. ibid. Gleich wie sich Ewre Liebden versichert wissen können, daß wir deroselben allen Glück- und friedlichen Zustand, gedeyliches Auffnehmen und Ersprießlichkeit gerne gönnen, auch solche nach Vermögen und Gebühr, befördern zu helffen stets willig uns befinden: Also müssen wir nun bekennen, daß uns ermeldete Notification unverhofft und nicht ohne Befrembdung eingelauffen, dann, wie die Verordnung der Gülden Bull männiglich bekandt, auch noch bey ihrer vielen in gegenwärtiger Zeit unvergessen, was auf ereignete Vacantz des Käyserthumbs Unser und Ew. Liebden Hauß, des an sich erwachsenen Vicariats halber zu des Reichs Besten vorgenommen: Also wäre zu wünschen, es hätte bis gegenwärtige Zeit sein Verbleiben darbey erhalten, und das liebe Vaterland Teutscher Nation an Haupt und Gliedern ruhig und unzerrüttet gelassen werden mögen. Nachdem aber ein wiedriges, und zwar dermassen Aenderung eingefallen, daß, (nach den Worten obangezogenen Münsterisch- und Osnabrückischen Frieden-Schlusses,) Churfürstl. Würde, welche bevor Chur-Pfaltz geführet, mit den Regalien, Freyheiten, Würden, Rechten, und Gerechtigkeiten, so viel dieser Dignität angehörig, nichts überall, als die Mitbelehnschafft, vor Ewre Liebden ausgenommen, wie, (Krafft der Käyserlichen Chur-Bäyern ertheilten, auf das Pfältzische Wahl-Recht, Ertztruckseßen-Ambt, in specie auf das Vicariat gerichteten Belehnung,) bißhero zum Friedenschluß, also auch ins künfftige verbleiben solte. So geben wir, sonderlich uns gar nicht bewust, daß Chur-Bäyerns Liebd. Ihres Rechtens seithero, deutlich wie es verliehen, also per expressum dessen entsetzet worden, Ew. Liebd. selbsten reifflich zu bedencken anheim, so bald uns obgedachter Käys. Todesfall zu wissen kommen, und wir den höchst

sorglichen Zustand im Reich neben der uns anbefohlenen Vicariats-Gebühr zu Gemüth geführet, ob uns anständig seyn möge, von vorhin angezogenen Worten des allgemeinen Friedenschlusses abzuweichen, und über der sorgfältigen Beobachtung des Reichs Angelegenheit mit iemand anders, als die neulichste Reichs-Sanction weiset, uns zu vernehmen, inmassen wir auch zeitlich und vor Ankunfft Ew. Liebd. Schreibens, mit Chur-Bäyerns Liebd. wegen des gemeinen Vica-
44. riat-Siegels, und sonsten uns verglichen, und anders zuthuen kein Befugnüs ersehen haben, ꝛc. Ex quo etiam factum est, ut, in illo interregno nuperrimo, ex Camera Spirensi emanaverint processus, sub sigillo Bavari & Saxo-
45. nis. Quod dudum antea veritus, & de eo in instructione legati sui ad Saxoniæ Electorem sub dat. Creilsheim den 27. Mart. 1619. conquestus est Fridericus Elector Palatinus apud Londorpium *Tom. 2. Actor. public. lib. 2. cap. 90. fol. 575.* his verbis: Daß nehmlich beyde Vicarii, nach Absterben Käysers Rudolphi, sich eines gemeinen Insiegels zu Justitien-Sachen am Käyserl. Gericht zu gebrauchen mit einander verglichen, dasselbige Chur-Mäyntz, und dessen Liebden förderst besagten Cammer-Gericht zugeschicket; es wäre aber bewust, welchermassen die Camerales, ob sie wohl damahls die Gerichtliche und andere Procefs in beeder Herrn Vicarien Nahmen ausgefertiget, iedoch hernacher dieselben liegen lassen, also daß die Partheyen, denen an Fortgang ihrer Sachen gelegen, dieselben wiederümb hätten rescribiren lassen müssen, dadurch in effectu den Vicariis die Administratio Justitiæ, wider den klaren Buchstaben der güldenen Bull, und, so viel sonderlich Chur-Pfaltz anlanget, wider die notorie ob-
46. servantz entzogen, ꝛc. Cuicunque tandem horum Vicariatus cedat, ei III jus cudendæ monetæ etiam, ut Vicario,

com-

competere dicendum est, idque, si usum & experientiam 47.
spectes, indubitatum, si rationem & principia Politica, for-
tean dubio non caret. Ubi enim deficit majestas, ibi etiam
deficiunt particulæ Majestatis s. Regalia. Majestatem vero 48.
deficere in vicariis apertum est inde (1.) quia Vicarii ad ma- 49.
nus futuri Regis omne Imperium restituere debent, per
text. A.B. cap. 5. (2.) quia Majestas nulla est, quæ proprio no- 50.
mine non exercetur. vid. Dn. Herman. Conring. *Annotat.*
ad Lampad. part. 1. §. 8. Vicarii autem omnia nomine Im- 51.
perii faciunt. Ast contra faciunt (1.) Quod vicarii, tem- 52.
pore interregni, omnia possint, quæ Imperator in Imperio,
cujus vicem gerunt; hinc enim est, quod habeant jus bene-
ficia Ecclesiastica vacantia præsentandi, colligendi reditus 53.
& proventus Imperii, investiendi de feudis, juramentum
fidelitatis, nomine Imperii, recipiendi. Dom. Arum. *dis-* 54.
curs. 3. ad A. B. Th. 36. & 37. p. 159. (2.) Quod per constitutio-
nem Carol. IV. quædam duntaxat Vicariis prohibita, & 55.
specialiter reservata sint. Reliqua igitur non prohibita 56.
nec reservata illis concessa & relicta censentur, quum pro-
hibitio & exclusio quorundam inducat concessionem, ali-
orumque inclusionem. Quid enim (3.) opus fuisset quæ-
dam vicariis in specie prohibere, & a potestate illorum ex-
cipere, si nihil ultra id quod expressum, ipsis permittendū
foret. Quum autem in A. B. de illis, quæ specialiter Princi- 57.
pi reservata sunt, duo casus excipiantur, & vicariis prohi-
beantur, consequitur certe, reliqua ipsis esse permissa. Quā 58.
sententiam non impediunt, quæ supra pro dubitatione sunt
proposita. Hæc enim nihil evincunt amplius, quam vica-
riis non competere hæc jure proprio, sed ex concessione & 59.
permissione, in vicem & locum alterius. Deinde respon-
deri quoque potest, negando consequentiam. Quemad-

modum enim dignitas regalis ſine juribus regalibus conſiſtere poteſt. Sic etiam jura regalia ſine titulo regali eſſe poſſunt. Joach. Clüten *in Syllog. rer. quotid. concl. 27. lit. c. p. 87.* Ha-
60. ctenus de Imperatore, jam ad eum, cui (IV.) competit jus cudendi monetam, non quidem jure proprio, ſed ex liberali indulgentia Imperatorum Chriſtianorum, Pontificem Romanum. Cauſam hujus poteſtatis præcipuam ponit Jo-
61. hann. Kitzel. *tr. de jur. Monet. claſſ. 1. Theor. ſeptimo. lit. b. p. 50.* in donatione Conſtantini Magni, qua Sylveſtro Papæ coronam omnemq; dignitatem regiam in urbe Romana, Italia, & in partibus occidentalibus, & ſic etiam facultatem cudendi monetam ipſi tribuerit; pro qua ſententia firmanda allegat dictus Kitzelius Thedor. Reincking. *de Reg. Sec. & Eccleſ. lib. 1. Claſſ. 2. cap. 8. n. 54. & ſeqq. p. 142.* Daniel. Ott. *de Jur. publ. cap. 8. p. 82. & ſeqq.* Georg. Schönborn *lib. 2. Polit. cap. 17. p. 167.* Joh. Würmſer. *Exercit. Acad. I. P. 1. qu. 15. p. 40.* qui tamen omnes donationem illam pro figmento reputant, multisque rationibus pereleganter deſtruunt, ut adeo
62. mirandum ſit, quid Ritzelio in mentem venerit. Potius itaque eſt, fundamentum hujus juris in Pontifice, ex abjecta ab Imperatoribus & in Pontificum Romanorum manus reſignata religione repetere. Nam, ſimulatque, diris Pontificum machinationibus circumventi, Principes curam religionis, non politicæ poteſtatis, ſed Eccleſiaſtici muneris propriam credere cœperunt, ruere imperium ac iminui, contra Pontificum autoritas in tantum creſcere cœpit, ut tandem ſibi, incredibili auſu, Imperii jura adſerere non dubitarint, quemadmodum hanc rem exacte & cogitate perpendit Dn. Jacob. Lampad. *p. m. tr. de Republ. Rom. German. part. 1. §. 21. p. 21.* Hinc enim factum, ut caput Eccleſiæ in terris appellaretur, Pontifex. *can. cuncta per mundum. 17. & 18.*

qu. 1.

qv.1.cauſ.9. qui de omni Eccleſia judicandi fas habeat; Hinc præterea evenit, ut tantam poteſtatem, in bonis regalem dignitatem annexam habentibus, Pontifex Romanus uſurpet, ut non ſolum Ducatus ac Principatus inferiores, cum annexis regalibus, ſed etiam integra & iis adnexa regalia aliis in feudum det. Marta IctusNeapol. *Tr. de Idict. per & int. Jud. Eccleſiaſt. & Sec. p. 1. cap. 33. num. 112. fol. 104.* Martin. Rumelin. *diſſ. 8. ad A. B. Carol. IV. cap. 10. n. 29. Exegeſ. p. 269.* Henric. Roſenthal. *cap. 2. Feud. concluſ. 2. fol. 26. lit. d. & cap. 5. n. 7. p. 91.* M. Ant. Peregrin. *de Jur. Fiſc. lib. 1. Tit. 2. n. 25. p. 27.* Jodoc. Damhoud. *rer. Criminal. prax. cap. 65. num. 1. fol. 81.* Proſp. Farinac. *Ict. Rom. part. 4. Oper. Crim. lib. 1. Conſil. 48. n. 2. fol. 288.* (V.) Jus cudendi monetas habent omnes 63.
Imperii Status, puta Electores, Duces, Landgravii, Marchiones, Comites, Barones ac Liberæ Imperii civitates. Ant. Bullæus. *Orat. Jurid. Pol. 1. de Jur. Nobilitand. p. 252.* An vero 64.
proprio jure, vigore ſuperioritatis territorialis Krafft hoher Landes- und Fürſtl. Obrigkeit an vero ex conceſſione Imperatoria idipſum habeant, dubia certe inſignia & ab utraque parte vix diſſolubilia ſunt; Videntur id habere proprio,
quia actus & ſpecies ſuperioritatis territorialis eſt jus cu- 65.
dendi monetam, per text. In R. A. zu Nürnberg. de ao. 1524. §. dergleichen hat der Müntz halber. 25. verſ. doch Churfürſten und andern Ständen. jung. Chriſtoph. Ming. *de ſuper. territ. concl. 68. pag. in Nucl. diſcurſ. Acad. I. P. 973.* Qui ergo habet 66.
ſuperioritatem territorialem jure proprio & independenter, in rebus omnibus ad Comitia ſpectantibus, ille quoque partes ſuperioritatis habet jure proprio & independenter, qualem eſſe jus cudendi & conſervandi monetam tot Imperii conſultationes indubitate oſtendunt, qui hæc eleganter exponit Dn. Jacob. Lampad. *de Republ. Rom.*

Germ.p.3.cap.3.§.16.17.18.19.20.p.98.& 99. ubi tandem pag. 101. ſignate admodum concludit. *Vacillat ne* igitur *hæc ſummorum virorum definitio? Conſiſtit, ſi de Cæſare prolatam de*
67. *Comitiis acceperimus. Etenim, quæ in Comitiis, quoad totum Imperium, ſtatuuntur, ea principes, Comitiorum participes, in ditionibus ſuis poteſtate independenti adminiſtrant, niſi LL. publicis mutuo obligati impediantur. Nam illis, ſive propria con-*
68. *ventione ſive numero victi parere coguntur.* Jam vero nec legibus publicis, nec propria conventione obligarunt ſe Status de jure monetæ non exercendo itaque jure proprio habent. Sane, hæc ferme moviſſent me, ut arbitrarer com-
69. petere Statibus poteſtatem cudendi monetam jure proprio, niſi eſſent Status, qui jus cudendi monetam non haberent. vid. Joh. Limn. *in annotam. ad Capit. Matth. art. 34. verb.* So dem Reich immediate nicht unterworffen. *p.571.* & ad A. B. *cap. 1. obſerv. 5. n. 3. p. 364.* quales etiam fuiſſe tempore Caroli V. indicat Melchior Goldaſt. *ab Haimensfeld. Tom. 2.* der Reichshandlung *in Sanctione Carolin. §. 16. p. 256.* & Ferdinandi I. ceu oſtendit hujus *Edictum monetale* zu Augſpurg de anno 1559. §. 178. ibi: Wäre es auch Sach/ daß einiger Reichs-Stand/ ſo mit Freyheit der Müntz nicht begabt iſt/ künfftig ſolche Freyheit/ Gold oder Silber zu müntzen/ von uns/ oder unſern Nachkommen/ am Reich ausbringen/ und erlangen würde/ in welchen Wege auch ſolches beſchehe/ dem ſollen/ noch wollen wir oder unſre Nachkommen dieſelbe Freyheit/ keiner andern Geſtalt geben noch zuſtellen/ denn daß Er dieſer unſerer Ordnung unterworffen/ auch/ Inhalt dieſes unſers Käyſerl. Edicts/ zu müntzen ſchuldig und verbunden ſey. Ex quibus luculenter apparet, poſſe aliquem eſſe Statum Imperii, qui non habeat jus cudendi
70. monetam, indeque potius eſſe, ut dicamus, habere Status

Impe-

Imperii illud ex speciali Imperatoris concessione & privile- 71.
gio; Non tamen ob rationem, quam adfert & late propugnat Henr. Bocer. *de Regal. cap. 3. §. 23. seqq.* Quod Principes Imperatore inferiores, Proconsulum & Præsidum provinciarum loco sint, autoritate Jasonis aliorumque Doctorum plurimorum, jam vero illos regalia sibi vindicare non potuisse; Sic etiam nec Principes Imperii nostri. Nititur
enim hæc opinio absurdissimo illo & periculosissimo prin- 72.
cipio, quod ICtorum quidam fovent, jus publicum Reipubl. nostræ Germanicæ hauriri posse plane, imo hauriendum esse ex fontibus juris nostri civilis, ejusque interpretibus, quod tamen rejecerunt dudum viri alii Doctissimi, in quorum numero est Francisc. Hottomann. *in AntiTribonian. cap. 4. p. 22.* ubi. *Juris publici,* inquit, *cognitionem libri a Justiniano promulgati non suppeditant. Nec enim illis discursus aut plena deductio status liberatis popularis, aut vero Imperii Romani vel Constantinopolitani ullibi comprehenditur, sed sunt farrago ex variis & exiguis tantum particulis a prædictis tribus Imperii formis, omnino discrepantibus, iisque tam male atque inconcinne consutis, ut non solum antea nihil ex his intellectum fuerit, sed & hodie, postquam bonæ literæ in integrum restitutæ sunt, non nisi tertia pars intelligi possit, haud alio tamen modo, quam cognitis prius Historicis Græcis & Latinis.* Cui accedit pulchre Autor der Donawertischen *Information. part. 1. pag. 121.* daß ipsa Reipubl. Germanicæ forma nicht aus den Lateinischen Rechten oder Bartolo und Baldo, sondern vielmehr aus des Reichs löblichen Herkommen, und dahero rührenden alten Verfassungen, aus der güldenen Bull, Käyser- und Königlichen Capitulationen, der Reichs-Abschied und Constitutio-
nen zu nehmen. In decisionibus enim causarum is status 73.
semper attendendus est, qui nunc est, non qui olim fuit

aut

aut futurus jung. Joh. Limn. *Tom. 1. J. P. lib. 1. cap. 3. n. 2. p. 2.* & Dn. Georg Adamum Brunner. *p. m. eleganti Tr. de collat. bonor. c. 4. num. 328.* Periculosissimum itaque principium illud, præter alias multas, & hanc peperit opinionem periculosam & absurdam, quæ Statuum superioritatem tollere atque subvertere tendat, ac proinde immerito perstringitur acerbe a Dn. Jacob. Lampad. *loc. cit. §. 8. p. 96.* ubi: *Ex quo*, Principium superioritatem dependere simpliciter a Cæsare, *necessario sequitur, Principes in suis ditionibus esse tantum magistratus, (quales etiam erant Proconsules apud Romanos) Magistratuum autem Idictio non potest non aliunde descendere ac idcirco eam superemam dicere, contradictio est; Sustulit igitur*, pergit *Tob. Paurmeisterus*, qui etiam hanc opi-
74. nionem fovet, *superioritatem Principum, & exuit potestate, quam ne Cæsar quidem, pro arbitrio, adimere potest.* Dein tollit etiam hæc opinio omnem, in quibuscunque Principatibus, sive patrimonialibus sive minus patrimonialibus, potestatem liberam & plenum jus, quod tamen jura naturæ & gentium valide sustinent apud Hug. Grot. *lib. 1. de Jur. B. ac P. cap. 3. §. 11. p. 58.* & *lib. 2. cap. 6. §. 3. p. 170.* & Autor Jur. int. Gent. *part. 1. Sect. 3. n. 2. pag. 18.* ut adeo mirum sit, periculosissimam hanc Boceri ejusque adseclarum opinionem
75. amplexum esse Dn. Benedict. Carpzov. *p. m. in prax. criminal. part. 1. qv. 43. n. 10. fol. 362.* Quomodo enim instar ProConsulem possunt esse Principes, qui in Comitiis votum & sessionem habent non tanquam Consiliarii, sed ut Principales. vid. Joh. Limn. *Tom. 2. J. P. lib. 4. c. 8. num. 12. p. 134.* quique dicuntur & sunt des Heil. Reichs einverleibte Glieder. R. A. zu Regenspurg. de anno 1541. pr. vid. plurib. num. 14. h. c. Nec præterea adseram, descendere jus cudendi monetam in Status Imperii ex concessione & privilegio Imperato-

peratoris, ex ea ratione, quam adfert Joach. Glüten *in Syllog. rerum quotid. th. 22. lit. K. p. Nucl. discurs. Acad. 46.* quod rogationibus Imperii moneta Statuum subjecta sit, & cognitioni circulorum singulorum, quibus ea de re publice inquirendi potestas sit, quod enim ad rogationem de jure monetarum in Comitiis attinet, illa sit voluntate & consensu omnium Statuum, nec est qui hac in parte Statibus imperet aut imperare possit. Nunquam enim, ex Germanicis, Imperator solus potestatem absolutam sibi arrogavit, & si arrogaret, leges fundamentales ipsi obstarent, ipsaque observantia. Quicquid ergo in Comitiis, sive de moneta, sive de aliis juris publ. capitibus, agitur & concluditur, contractus & transactionis instar fit, inter Imperatorem ex una, & Status Imperii ex altera partibus, quod ex formula illa Recessibus vulgariter inserta: Und haben wir uns mit den Ständen und Sie sich wiederum mit uns verglichen, colligere licet. In quo contractu vel transactione una pars transigens est Imperator, & altera ipsi ordines Imperii conjunctim, ut proinde, qualis in contractibus duarum partium paciscentium vel transigentium requiritur, consensus, talis etiam hic in Comitiis requiritur, in illis autem altera alterum invitum non obligat, cum omnis contractus ab initio sit voluntatis, nec uni major, nec alteri minor in decernendo competat autoritas, sed sicut invitus obligari, ita etiam obligare alterum nequeat. vid. Herm. Herm. *Fasc. Jpubl. c. 36. n. 79. & 80. p. 743.* Sed nec inde argumentari licebit, quod a circulis probentur monetæ Statuum: Nulla enim consequentia est; Monetæ Statuum subjacent rogationibus, probationibus, & Legi publicæ. E. jus cudendi monetam non possident Status jure proprio. Quæ consequentia si procederet, sequeretur quod domini proprietarii, pro lubitu, re

76. 77. 78. 79. 80.

ſua abuti, nec in rebus ſuis diſponendis arbitrium & voluntatem ſuperioris reſpicere deberent contra expreſſum
81. *text. §. ſed hoc tempore 2. J. de his qui ſui vel alien. jur. ubi:* expedit enim Reipubl. ne quis re ſua abutatur. Denique, nec ideo adſeram, competere Statibus Imperii jus cudendi monetam, quia Principes primævi hanc poteſtatem quondam ab Imperatoribus ſpecialiter acceperint, & ſic per modum conceſſionis ac privilegii id ipſum uſurpaverint, ceu expreſſe evincunt verba *gloſſ. ad Weichbildi art. 8. verb.* Müntz und Zoll *n. 12. fol. 20.* ibi: Und da ſich die Leute geſatzten und die Fürſten im Lande Hulde thaten/ und das Volck zerſtreuet wurd/ alſo/ daß die Müntze nicht kommen mücht an alle Ende/ und das Volck mit ihm nicht geführen möchten überall/ alles das ſie hätten, als Knecht (die eigen waren) und Aecker die man verkauffen möcht/ da gab das Volck ſeine Gunſt darzu/ daß ein Fürſt in ſeinen Lande eigene Müntze haben möchte/ und wo man das begehrte/ da ſandte der König ſeine Handſchuch hin/ daß man darbey erkannte/ daß es des Käyſers Gunſt und Wille war; Alldieweil/ dann dieſes von des Reichs Gnade zu gemeinen Nutzen geſetzet iſt/ darum iſt auch die Gunſt nachgelaſſen/ wo der Käyſer nicht ſelber da geſeyn möchte/ daß Er Ihm daſelbſt eigne Müntze gabe. Add.
82. Ludov. Peguer. *deciſ. 46. n. 2. p. 222.* Hæc enim conſequentia fallit, quia ex rerum Germanicarum ſcriptoribus conſtat, temporibus veterum Germanicorum Imperatorum, Duces ac Principes Germaniæ territoria ſua nondum cum omni ſuperioritate ac Regalibus poſſediſſe, ſed Imperatores jus ſuperioritatis ſummæ multaque alia ſibi reſervaſſe, & per Palatinos ſive Pfaltzgravios, Landgravios & Advocatos in omnibus Imperii provinciis, tam ſecularibus quam Eccleſiaſticis exercuiſſe, teſte Chriſt. Lehmanno. *l. 2. Chron. Spirenſ.*

Spirenſ. cap. 16. p. 82. ubi: Die Hertzogthümer oder Landſchafften, darüber die Hertzogen geſetzet, ſeynd des Reichs Eigenthum, die Hertzogen und Grafen, deſſelben Beamte, Zugeordnete Mit-Regenten, welche die Unterthanen ihres Hertzogthums, nach des Reichs Geſetzen und Ordnungen, Gebot und Verbot regiert und verwaltet; Und hierum einem beſtimmten Theil des Landes Nutzungen und Gefäll eingenommen. Et, paucis interjectis, die Hertzogen haben ohne des Königs und Reichs Befehl und Zulaſſung kein Gebot oder Verbot, Satzungen, oder Steuer den Unterthanen aufzutragen Macht und Fug gehabt, und alle Ehre, Gewalt, Jurisdiction und Gebieth von Könige und dem Reich empfangen und in deſſen Nahmen gebraucht und verübt. Ergo a principibus Germaniæ primævis ad modernos ar- 83.
gumentari abſurdum eſt. Rationes vero quæ movent me ut exiſtimem, Status Imperii habere jus cudendi monetam 84.
non jure proprio, ſed ex conceſſione imperatoria ſunt 1. Textus multorum Receſſuum perſpicui, inque illis R. A. zu Augſpurg de anno 1551. §. So haben wir uns *46. verſ.* dergleichen ibi: dergleichen diejenigen, welche von uns, oder unſere Vorfahren im Reich mit dem Regal der Müntz gefreyet ſeyn. Tum R. A. de anno 1570. §. alsdann auch die Müntz-Gerechtigkeit. *132.* ibi: unſer Käyſerlich Regal, ſo die Müntz-Stände aus unſern ſondern Vertrauen &c. brauchen ſollen, aliique. (2.) Quia ſi Status Imperii poſſiderent illud jure proprio, ſin- 85.
gulari privilegio opus non haberent contra A. B. *Tit. 10*, ubi non ſolum Regi Bohemiæ, ſed & cæteris Electoribus, eorumque ſucceſſoribus jus cudendi monetas ſpecialiter conceſſum eſt, in verbis: Wir wollen auch darneben, das gegenwärtige Ordnung und Begnadigung, Krafft unſers Käyſerl. Rechten, auf alle Chur-Fürſten, ſie ſeynd Geiſt-

liche oder Weltliche, so wohl deren Nachfolger und rechte eheliche Erben, in voriger Masse, Weise und Ziel, erstrecket
86. und gezogen werden sollen. Idem evincunt aliorum Sacratissimorum Imperatorum concessiones & privilegia cudendi monetas Statibus Imperii facta, veluti Conradi IV. Imperatoris Johanni, venerabili Episcopo Mindensi, in privilegiis Ecclesiæ Mindensis, apud Johann. Pistor. *Tom. 3. rer. Germanic.* ibi: *Præterea tibi concedimus potestatem constituendi duo oppida, ubicunque eadem in tua diœcesi duxeris constituenda. Nibilominus etiam concedimus, & donamus tibi libertatem in altero illorum oppidorum gravem monetam cudendi, sine gravi præjudicio juris alieni.* Idem præterea evincit privilegium Maximiliani II. concessum Principi, Comiti
87. Holsatiæ & Schaumburgi, cujus tenor hic est: Als uns der wohlgebohrne, unser und des Reichs lieber getreuer, Graf Otto zu Schaumburgk und Gehmen, unser Diener, unterthäniglich fürbringen und zu erkennen geben lassen, Ob wohl seine Vor-Eltern die Grafen von Schaumburg Fürstlichen Herkommens von weyland unsern Vorfahren am Reich, Römischen Käysern, hochlöblichster Gedächtnüß, mit Müntz-Freyheit versehen gewesen, er auch bey seiner Vor-Eltern Brieff und andern gehabten Freyheiten Nachrichtung finden thäte, so fiele doch anjetzo für, daß Sie die Grafen von Schaumburgk, als die zu etlichen mahlen ihre Siegel und Brieffe aus Holstein und wieder hinein verführt, das Original bestimmter Müntz-Gerechtigkeit nicht auffinden möchten, und uns derowegen demüthiglich angeruffen und gebeten, weil er Graf Otto mit seinen Gütern den Hartzischen und andern guten Bergwercken so nahe gesessen, und in guter Hoffnung, auch allbereit in Wercke stunde, in seiner Graffschafft Ertzt zu finden, daß wir, als Römischer Käyser, vorbe-

vorberührte seiner Vor-Eltern behabte Müntz-Freyheit zu bestättigen und Ihm und seinen Nachkommen wiederum von neuen briefflichen Schein drüber zu verfertigen und mit zu theilen gnädiglich geruheten. Daß Wir, demnach, gnädiglich angesehen, gedachtes Graf Otten zu Schaumburg demüthig, ziemliche Bitt, auch die angenehmen, getreuen und nützlichen Dienst, so seine Vor-Eltern und Er, weyland unsern Vorfahren, Römischen Käysern und Königen, auch uns und dem Heil. Reich zu Krieges- und Frieden-Zeiten, gantz willig und unverdriessentlich erzeigt und bewiesen haben, und Er hinführo nicht weniger zu thuen sich unterthäniglich erbeut, auch wohl thuen mag und soll, und darum mit wohlbedachten Muth, guten Rath, und rechten wissen, gemelten Graf Otten zu Schaumburg seinen Nachkommen, obberührte Müntz-Freyheit als regierender Römischer Käyser, wiederum von neuen bestättigen und gegeben, thuen das auch hiemit, von Römischer Käyserlicher Macht, Vollnkommenheit wissentlich in Krafft dieses Brieffs, also daß Er und seine Nachkommen Grafen zu Schaumburg, nun hinführo nach Inhalt unsers geliebten Herrn und Vaters, weyland Käyser Ferdinanden &c. hochlöblicher milder Gedächtnüß im 59sten Jahr der weniger Zahl, auf dem damahls zu Augspurg gehaltenen Reichstage, mit zuthuen gemeiner Stände neu gemachten und folgends Anno 66. daselbst verbesserte Müntz-Ordnung allerley silbern und gülden Müntzen, mit und neben andern Chur-Fürsten, Fürsten Städten und Ständen, die aus sondern unserer oder unserer Vorfahren am Reiche, Käyserlichen oder Königlichen Begnadigungen zu müntzen Macht haben, durch einen erbahren aufgerichteten Müntzmeister, dem sie zu einer jeden Zeit dazu verordnen und gebrauchen, müntzen und

schlagen lassen / und darmit treulich verfahren und handeln sollen und mögen / doch uns und dem Heil. Reich an unserer Obrigkeit und sonsten männiglich an seinen Rechten und Gerechtigkeiten unvergriffen und unschädlich / auch also / daß alle gülden- und silberne Müntzen / die sie / wie obstehet / schlagen und müntzen lassen / von Strich / Nadel / Korn / Schrott / Grän / Gehalt / Werth und Gewicht / obgemeldter unser und des Heil. Reichs neu-gemachter Müntz-Ordnung gemäß und nicht geringer seyn / und da Wir und unsere Nachkommen am Reich künfftiglich über kurtz oder über lang / der güldenen oder silbern Müntz halber Aenderung und andere Ordnung fürnehmen / geben und machen würden / derselben obgemeldeter Graf Otto zu Schaumburg und seine Nachkommen / sich alsdann gemäß und gehorsamlich halten sollen. *Dat.* Wien *1559.* Idem præterea probat concessio Imp. Friderici II. facta Baronibus de Plawen apud Melch. Goldast. ab Haymensfeld *Tom. 1. Constit. Imperial, fol. 299.* Quod de Principibus, Comitibus & Baronibus ha-
88. ctenus demonstravimus, idem & de civitatibus Imperialibus verum esse dilucide ostendit privilegium Imperatoris Friderici III. concessum Reipubl. liberæ Imperiali Coloniensi, Verba sunt: Wann wir nun angesehen die getreuen / angenehmen und nützlichen Dienste / so uns und dem Heil. Reich / die Ehrsame unser und des Reichs lieben getreuen / Bürgermeister und Rath der Stadt Cölln / offt williglich und unverdrossentlich gethan haben / und in künfftiger Zeit / wohl mögen und thuen sollen / so haben wir mit wohlbedachtem Gemüth / und guten zeitigem Rath / unser und des Reichs Chur-Fürsten / Fürsten / Grafen / Herrn und Getreuen / so dazumahl in einer mercklichen Anzahl versammlet / bey uns gewesen seyn / und rechten Wissen denselben von Cöllen / diese besondere

dere Gnad gethan, und die Freyheit gegeben, thuen und geben ihnen die auch von Römischer Käyserlicher Macht, vollkommentlich, und rechter Wissenheit, in Krafft dieses Brieffes, also, daß nun hinführo zu ewigen Zeiten die gemeldete Stadt Cölln, Gold und Silber auf den grad und Werth müntzen und schlagen lassen mögen, wie die dann unser, und der Reichs-Chur-Fürsten auf dem Rhein lassen müntzen und schlagen, von allermänniglich unverhindert, doch uns und dem Heil. Reich, und sonst männiglich unvergreiffentlich und unschädlich *Dat.* Cöln. 1474. Et Imperatoris Caroli V. 89.
concessum Reipubl. liberæ Imperiali Francofurtensi. P. P. Und darum mit wohlbedachtem Muth, guten Rath und rechtem Wissen denen gemeldeten Bürgermeistern und Rath der Stadt Franckfurth, diese besondere Gnad gethan und Freyheit gegeben, thuen und geben ihnen die auch hiemit von Römischer Kayserlicher Macht, Vollkommenheiten, wissentlich in Krafft dieses Brieffs, also, daß sie und ihre Nachkommen nun hinfür an, nach Inhalt unserer und des Heil. Reichs, auf dem nechst vor dem jüngst gehaltenen Reichs-Tag zu Augspurg, des ein und funfftzigsteen Jahrs der geringeren Zahl, neu-gemachter und aufgerichteter Müntz und probations-Ordnung allerley Sorten von gülden- oder silbern-Müntz mit und neben andern Chur-Fürsten Städten und Ständen, so mit Müntz-Freyheiten versehen seyn und zu müntzen haben, durch einen erbarn und aufrichtigen verständigen Müntzmeister, den sie zu einrr jeden Zeit darzu verordnen und gebrauchen, müntzen und schlagen lassen, und damit treulich fahren und handeln sollen und mögen, vor allermänniglich unverhindert. Doch sollen alle güldene und silberne Müntz, die sie, wie obstehet, schlagen und müntzen lassen, von Strich, Nadel, Korn, Schrott, Gran, Gehalt,

halt, Wehrt und Gewicht obgemeldter unser und des Heil. Reichs neu-gemachter Müntz-Ordnung gemäß und nicht geringer seyn; Auch wo wir, oder unsere Nachkommen am Reich künfftiglich, über kurtz oder lang, der Gülden und Silbern Müntz halber Aenderung und andere Ordnung vornehmen, geben und machen würden, und sonderlich deme, was derhalben in jüngst gehaltenen Reichstag zu Augspurg dieses 55sten Jahrs der mindern Zahl, durch unsern freundlichen lieben Bruder, Herrn Ferdinanden, Ertz-Hertzogen zu Oesterreich, Hertzog zu Burgund rc. und Grafe zu Tyrol, mit zuthuen gemeiner Stände, beschlossen und geordnet worden, dieselben sollen gemeldete Bürgermeistere und Rath zu Franckfurth und ihre Nachkommen, sich alsdann auch gemäß und gehorsamlich verhalten. *Dat.* Brüssel in Braband. *1555.* Præter has itaque concesſiones Impp. indubitate Imperii Statibus eo tempore factas, quo superio-
90. ritas territorialis jam cum penes illos resedit, militat pro
91. hac opinione ipsa ratio juris; Sine speciali n. concesſione non intelliguntur translata, quæ in signum privilegii singularis Cæsareæ majestati sint reservata. *arg. c. quod translationem. 4. X. de. offic. legat.* Quid vero? Si Status aliquis in-
92. vestitus est cum omni jure aut cum omnibus pertinentiis; Mit allen Nützungen Zu- und Eingehörungen an Zinsen, Gülden, Ränten, jährlichen Einkommen, Gerecht- und Rechten. Verba enim hæc investituræ *cum omni jure* illud tantummodo jus spectant, quod Ducatui, Marchionatui, vel Comi-
93. tatui cohæret, qualia non sunt Regalia, quippe quæ sunt jura personalia, osſibus Imperatoris cohærentia, uti satis arguit tex. R. A. zu Augspurg de anno 1576. §. dardurch 117.
94. adeoque Principes inferiores, absque privilegio speciali impetrato, nullo jure vendicare illa sibi posſunt. Exinde sequi-

sequitur porro, ut, quamvis Nobiles immediati die freye 96.
Reichs von Adel in Schwaben/ Francken und am Rhein multa insignia & præclara habeant privilegia, qua uno fasciculo, sub titulo Freyheiten des Heil. Römischen Reichs eximirter Adelichen Ritterschafft anno 1609. divulgavit Simon Guntherus, jus tamen cudendi monetam non habent, quia specialiter illud concessum ipsis non reperitur. Præ- 97.
ter tamen Imperii Ordines civitatibus quibusdam municipalibus facultas cudendi monetas concessa est. His accensendæ sunt, in Germania, Hoxarium, Halberstadium, Hannovera, Osnabrugum, Minda, Monasterium, Hildesheimium, Gottinga, Northeimium, Brunsviga, Magdeburgum, Sunda, Stetinum, & infinitæ aliæ vid. Tob. Paurmeister *de Idict. Imp. Rom. lib. 2. cap. 12. n. 31. p. 907.* Præterea & personis privatis jus cudendi monetas quondam conces- 98.
sum ab Imperatoribus esse constat exemplo Rudolphi, qui civi cuidam privato regale monetandi jus concessit vid. Nic. Reusner. *Vol. 3. Cons. 7. n. 36.* Joh. Limn. *Tom. 1. lib. 3. cap. 2. n. 63. p. 23.* Rener. Budel. *de monetis & re numm. lib. 1. cap. 4. n. 5. p. 20.* Dn. Conr. Carpzov. *p. m. dissert. inaugur. de Regal. Th. 62.* Anton. Hanffman. *Resol. de re monet. 11. lit. E. p. 787.* Domic. Arum. *disc. 5. ad A. B. Carol. IV. Th. 9. p. 236.* Exemplum tamen illustrius juris hujus, privatis hominibus con- 99.
cessi præbet genus hominum antiquum der Müntzer/ qui, in communibus & ad eam rem deputatis ædibus cudendi monetas, ex concessione Impp. usurpabant, simulq; officia civitatum primaria gerebant, quales, ante hæc tempora, plures vixerunt Argentorati, Francofurti, Weissenburgi, Wormatiæ, Spiræ, aliquique, a quibus postea jus feriendi monetas ad civitates illas pervenit, quorum familes die 100.
Müntzgeschlechter/ adhuc hodie superesse Wormatiæ & Spi-

 ræ

ræ testatur Christoph. Lehmann. Speyerische Chronick. *lib.* *4. cap. 14. p. 320. & 321.* ubi etiam privilegia, quæ concessa erant denen Müntzherrn recenset. Appellabantur autem monetarii illi die Haußgenossen/ quemadmodum apparet ex Chronic. *Alsatiæ circa ann. 1346.* ubi: Er hatte/ um diese Zeit/ zu Straßburg besondere Müntzherren oder Haußgenossen/ von Adelichen vornehmen Geschlechtern/ welche das Müntz-Recht besessen/ die hat man Haußgenossen genennet/ wann dieselbe auffgenommen worden/ haben Sie/ Vermög der alten Bischöfflichen Salbücher/ einem Bischoff von Straßburg geben müssen ein halb Marck Goldes/ einem Müntzmeister 20. newe Groschen/ gemeinen Haußgenossen halb so viel. In eodem Chronic. *cap. 7. de civitate Weissenburg. sequentia habentur.* Man befindet so viel/ daß es/
101. vor Jahren/ biß auf diese Stunde/ besondere Müntzer/ welche man Haußgenossen nennet/ zu Weissenburg gehabt/ dieselben werden gemeiniglich in dem alten Rath zu Bürgermeistern erwehlet; Sie haben die Freyheit/ daß Sie/ nebst der Pröbstey Lehnleuten/ das Richter-Gericht besessen/ demnach es auch besondere Müntzgenossen zu Speyer/ Worms/ Straßburg/ Franckfurt/ und an andern Orten gehabt/ welche anfänglich die Müntzfreyheiten von dem Römischen Käyser/ zu Lehn getragen/ von welchen die Müntzer folgends an die Städte von dergleichen Gesellschafft kommen/ wie zu Franckfurt etzliche die Müntze gehabt/ ehe Sie an die Statt kommen/ dieselbe haben auch die Franckfurter-Heller in ihren Wapen geführet/ ꝛc. Ast, quum concessio privilegii hu-
102. jus in grave totius Reipubl. Romanæ dispendium cederet, Imperator hanc exorbitantiam correcturus, & ad primam causam redacturus, Electoribus fidem dedit, se nemini, absque consensu Electorum, jus cudendi monetam

 con-

concessurum, ceu indicant verba capitulationum; Wir wollen auch hinführo niemands, wes Standes oder Wesens der sey, mit Müntzfreyheit, ohne Vorbewust der Churfürsten, begnadigen. Extra tamen Imperium Germanicum, in 103.
Bohœmia sc. multis privatis, notæ quidem non inferioris monetandi jus concesserunt Imperatores hactenus, quod tamen, ob defectum auri & argenti, exerceri haud potest.

CAPUT III.
DE
ACQUISITIONE JURIS MONETARUM, EJUSQUE MODO DUPLICI CREATIONE ET CONCESSIONE EAQUE EXPRESSA ET TACITA.

SUMMARIA.

1. *Creatio, uti Regalia reliqua, ita & jus cudendæ monetæ tribuit illis qui potestate summa præditi sunt.*
2. *Regalia sunt jura Imperii potissima & summa, supremo alicui Principi, ejusque fisco, in signum præeminentiæ & laboris immensi, præmium, ac utilitatis publicæ commodum, ad Imperii dignitatem & Majestatem conservandam tendentia, debita, concessa, data & reservata.*
3. *Regalia sunt jura Majestatis, quibus, veluti partibus, majestas, tanquam totum aliquod potestativum, constat.*
4. *Acquisitio per creationem Imperio jura ejus statim acquisita censentur, sine quibus imperium consistere nequit.*
5. *Concessione acquiritur etiam jus cudendi monetam, quemadmodum cætera quoque regalia omnia.*

6\. *Expresse conceditur jus cudendi monetam per privilegium speciale.*

7\. *Concessio specialis fit ita, ut una species diversimode acquiratur & usurpetur.*

8\. *Sunt qui indistincte atque in omni monetæ genere jus eandem cudendi habent, quales Rex Bohemiæ & Electores.*

9\. *Sunt qui soli habent jus cudendi monetam auream qualis Persarum Imperator.*

10\. *In Imperio quoque nostro Germanico sunt, qui soli jus cudendi monetam auream habent, qualis sunt Electores & quidam ex Imperii Ordinibus alii.*

11\. *Electores ad Rhenum hoc habent præcipui, quod in aureorum Rhenensium materia, pondere & æstimatione ad eos non minus, quam ad Cæsarem respiciendum sit.*

12\. *Qui fodinas habent aureas hac gaudent prærogativa, ut peculiares officinas habere possint, præter tres vel quatuor illas publicas, singulorum Imperii Circulorum, ita tamen ut non aliam, quam ducatorum monetam ex hoc auro faciant.*

13\. *Ratio harum Constitutionum adducitur ex auri præstantia, & quod moneta aurea in genere sit de reservatis Majestatis.*

14\. *Acquiritur etiam jus cudendi monetam, perinde ac alia regalia, per investituram seu infeudationem.*

15\. *Limitatur hæc adsertio, ut vera sit non de qualicunque aliqua Ducatus, Marchionatus, Comitatus &c. Sed de speciali regalium infeudatione.*

16\. *Per investituram abusivam regulariter dominium & possessio in investitum non transfertur.*

17\. *Fallit hæc regula in Regalibus, aliisque juribus incorporalibus,*

bus, in quibus ejusmodi investitura est traditionis loco, ideoque per eam dominium & possessio ipsa transfertur.

18\. *Tacite acquiritur jus cudendi monetam, prout regalia reliqua, per conventionem quandam tacitam, sive præscriptionem* durch rechtmäßige Verjährung/ *quæ est veluti tacita Imperatoris concessio.*

19\. *Præscriptio valet in illis quæ reservata sunt Principi in signum privilegii, minime autem in illis quæ reservata sunt ipsi in signum subjectionis & superioritatis, quæ præscriptioni non subjacent.*

20\. *Non omni præscriptione jus cudendi monetam, veluti nec alia regalia, sed ea solum, quæ temporis immemoralis est, acquiritur.*

21\. *Quodnam tempus immemorabile sit, & quantum annorum spacium continere debeat, in eo mirifice Dd. variant, dum alii præcise centum, alii magis centum annis, alii sexaginta vel quinquaginta sufficere existimant.*

22\. *Non idem plane tempus est memoriam excedens cum centenario.*

23\. *Sufficit ad immemorialis temporis constitutionem, si memorare de principio nemo possit.*

24\. *Quomodo in foro probetur tempus immemoriale.*

25\. *Præscriptio temporis immemorialis non impeditur per clausulam* SE POSITA PRÆSRIPTIONE ausgeschlossen und ungeachtet der Verjährung.

ACquiritur autem jus cudendi monetam dupliciter. (1.) Creatione. Quemadmodum enim creatio regalia reliqua, ita & jus cudendæ monetæ tribuit illis qui potestate summa præditi sunt. Acquiri autem per creationem regalia I.

 omnia

2. omnia facile patet inde, quia Regalia sunt jura imperii potissima & summa, supremo alicui Principi, ejusque fisco in signum præeminentiæ & immensi laboris præmium, ac utilitatis publicæ commodum ad imperii dignitatem & majestatem conservandam tendentia, debita, data, concessa & reservata, &, ut plura in pauca conferam, unice ad decus & principum honorem deputata Roland. a Valle *Vol.2. Cons.1. num.153.* Herm. Vultejus *de Feud. lib.1. cap.5.*
3. *num.7.p.83.* unde & communiter definiuntur, quod sint jura majestatis, quibus, veluti partibus, majestas, tanquam totum aliquod potestativum, constat. Acquisito igitur, per creationem, imperio, statim & illa jura, Regalia sc. ac-
4. quisita censentur, sine quibus imperium consistere nequit vid. late de hoc creationis effectu M. Anton. Peregrin. *de jur. fisc. lib.1. Tit.2. n.79.* Henr. a Rosenthal. *de Feud. cap.5.*
5. *n.4. fol.148.* (II.) Modus acquirendi jus monetarum, quemadmodum regalia alia omnia, est concessio, eaque duplex expressa & tacita. Expresse quidem conceditur per pri-
6. vilegium speciale de quo supra *cap.2. n.86. seqq.* actum esse
7. videtur satis, nisi quod insuper hoc observandum sit, fieri specialem hanc concessionem ita, ut una species diversimode acquiratur & usurpetur: Sunt enim qui indistincte
8. atque in omni monetæ genere jus eandem cudendi habent, quales sunt Rex Bohemiæ & Electores, *ut supra cap.2.* indicatum: Sunt alii qui soli habent jus cudendi mone-
9. tam auream: Sic Persarum Imperatori licitum quidem fuit, monetam argenteam conflare, auream vero minime
1 quod testatur Procopius *lib.3. bell. Goth. Galliarum*, inquit, *partem, suæ quondam ditionis effectam, in hujus belli principio Gothi Germanis tradiderunt.* (Germanorum autem nomine, more suo recepto, intelligit Francos) *quam minus se posse*

existimarent Romani simul ac Germanis resistere. Id sane factum non solum nil prorsus Romani interpellarunt, sed ut Gallias sibi Franci haberent, Justinianus ultro permisit. Non enim illi has tuto se possessuros rebantur, nisi & Imperator ut suæ conditioni futura perpetuo confirmasset. Quo factum, ut ex eo tempore Principes Germanorum Massiliam, Phocensium quondam coloniam, & cætera, circa id mare, loca, tenuerint, totiusque oræ maritimæ potiti imperio sint. Unde nunc Aretate resident, ad certaminis equestris spectaculum. Aureum nummum nativo e Galliarum metallo si cudunt, non Romani Imperatoris, ut cæteri solent, imagine, sed sua impressa. Persarum siquidem Imperator, etsi ad arbitrium argenteum numisma facit, aureo tamen suam ut imponat effigiem fas ipsi non est, nec Barbarorum Princeps alius quisquam id facere ausit. Sic etiam Reges Galliæ privilegio monetæ cudendæ quibusdam indulgent aurea non comprehensa, quam in signum & præeminentiam summi & regii imperii reservant, prout decisum videmus in causa Regis Galliæ & Ducis Burgundiæ anno 1461. & pactis expressum est inter Ludovicum XI. & Arragoniæ Principem, cui non licitum, monetam aliam, quam ex argento nomine suo formare, teste Jacob. Bornitio *de Numm. lib. 1. cap. 3. p. 34.* Eadem religio, circa monetam auream cudendam, obtinet adhuc in Imperio nostro Germanico. Nam & in illo sunt, qui soli jus cudendi monetam 10.
auream habent, ceu apparet ex constitutione Ferdinandi de anno 1559. §. Ferner die güldene Müntz 64. Tales sunt Electores, & quidam alii ex Imperii Ordinibus. Habent etiam 11.
Electores ad Rhenum hoc præcipuum, quod in aureorum Rhenensium materia, pondere & æstimatione ad eos non minus quam ad Cæsarem respiciendum esse dicatur in R. A. zu Augspurg. de anno 1551. §. Weiter so setzen, ordnen und

gebie-

gebieten Wir auch *49. vers.* Es sollen aber/ ibi: Es sollen aber die andern, ausserhalb deren die Goldbergwerck haben/ kein ander Gold, dann auf unser und des Reichs Churfürsten am Rhein/ Schrott und Gehalt/ wie die bißhero gemüntzt/ hinfürter Gold müntzen. Eodemque pertinet *Edictum Maximil. II.* in R. A. zu Speyer de anno 1571. §. Gleichfals weil etliche 35. ibi: Gleichfals/ weil etliche frembde, doch passirte Ducaten und Kronen/ am Gehalt und Gewicht etwas gering und dann Goldgülden von etlichen/ den Rheinischen Churfürstl. an Korn und Schrott ungemäß, geschlagen seyn

12. sollen. ꝛc. Illi etiam qui fodinas habent hac gaudent prærogativa, ut peculiares officinas habere possint, præter tres vel quatuor illas publicas singulorum circulorum Imperii, & possunt iidem soli ex præstantiori & prætiosiori auro, quam est in aureis Rhenensibus, monetam cudere, ita tamen ut non aliam monetam quam ducatos ex hoc auro faciant, ut videre est in allegat. *Edict. Monetal. Ferdinandi de anno 1559. d.* §. Ferner/ die güldene Müntz belangend 64. Nec quicquam, præter illos, die da hohes Gold in ihren Landen haben/ jus cudendorum ducatuum habeat, ut loquitur. R. A. zu Regenspurg. de anno 1576. §. und aus sondern Bedencken 78. ibi: den Paß (Ducaten zu müntzen) hieher erwiedert haben/ daß nehmlich Ducaten zu müntzen/ nur denjenigen Ständen/ so hohes Geld in ihrem Lande und Gebiete haben/ gebühre/ doch dergestalt/ daß 67. schon ausbereitete Stück ein Cöllnisch Marck wiegen/ und lauter fein 23. Karat/ 8. Gran halten ꝛc. Atque huc etiam spectat, quod in supr. allegal. R. A. zu Augspurg de anno 1551. §. Weiter so setzen/ ordnen 48. ibi: doch ausser denen/ so mit Bergwerck begabt/ denen/ so ihr Gold im Silber/ so viel Sie desselben bey ihren Bergwercken ausbringen können/ und

weiter nicht / auff vorgemelt Gehalt und Korn zu vermüntzen unbenommen seyn. Ratio hujus potest esse auri præstantia, 13.
& quod aurea moneta in genere sit de reservatis summi Principis, tanquam nota peculiaris summæ Majestatis, vid. Christoph. Besold. *in Thesaur. pract. verb. ducaten p. 346.* Deinde, jus cudendi monetas conceditur expresse per in- 14.
feudationem sive investituram. Hac enim regalia acquiri certum est, per ea quæ tradit Regner. Sixtin. *de Regal. lib. 1. cap. 5. num. 29. p. 123.* Herm. Vultej. *lib. 1. Feud. num. 6. p. 83.* qua tamen hic non intelligitur generalis aliqua, Ducatus, 15.
Marchionatus, Comitatus &c. de qua supra id negavimus, sed specialis Regalium, eaque tam vera sive propria quam abusiva. Etsi non per investituram, si non vera sive 16.
propria, sed abusiva sit, regulariter dominium & possessio in investitum non transferatur, fallit hoc tamen in Regalibus, aliisque juribus incorporalibus, quum in illis ejusmo- 17.
di investitura sit traditionis loco, ideoque per eam dominium & possessio ipsa transferatur, Regn. Sixtin. *de Regal. lib. cit. cap. 3. n. 23. & 24. p. 28. & cap. 5. num. 33. p. 174.* Tacite 18.
acquiritur, jus cudendi monetam, prout reliqua regalia, per conventionem quandam tacitam i. e. præscriptionem durch rechtmässige Verjährung / quæ est veluti tacita Imperatoris concessio; Id quod hodie in Imperio dubitationem 19.
non habet in illis quæ sunt reservata Principi in signum privilegii, minime autem intelligendum esse de illis quæ ipsi reservata sunt in signum subjectionis & superioritatis, veluti tributum & census, quæ, & similia, præscriptioni non subjacent, Henric. Bocer. *de Regal. cap. 4. num. 56. p. 493.* & Henric. a Rosenthal. *de feud. cap. 5. conclus. 16. fol. 164.* vid. de præscriptione monetali in terminis Domin. Arum. *discurs. J. P. 13. quæst. 2. p. 82.* & Joachim. Mynsing. *centur. 4. observ.*

20. *ferv.24.p.267.* Non tamen omni præſcriptione jus cudendi monetam, quemadmodum nec cætera regalia, acquiruntur, ſed ea ſolum quæ eſt temporis immemorialis R.A. zu Augſpurg de anno 1548. §. und ſoll unſer 54. & §. Wann auch ein ausgezogener 56. ibi: daß Er je in Menſchen Gedächtnüs in des Reichs gemeinen / und nicht privilegirten Hülffen ꝛc.
21. Quodnam vero illud tempus immemoriale ſit, & quantum annorum ſpatium continere debeat, in eo mirifice Dd. variant, ita ut alii centum præciſe annos requirant, alii majus centum annis, alii, pro vitæ humanæ brevitate, ſexaginta vel quinquaginta ſufficere exiſtiment, ceu videre licet apud Regner. Sixtin. *Vol. 1. Conſil. 9. Marpurgenſ. num.34. fol.37. cum ſeq.* Nos, cum Hug. Grot. *lib. 2. de Jur. Bell. ac Pac. cap. 4. § 7. p. 140.* Non plane idem eſſe tempus
22. memoriam excedens cum centenario arbitramur: Sufficere itaque ad immemorialis temporis conſtitutionem exiſtimamus, ſi memorari de principio nemo poſſit: Ut
23. autem in foro probetur tempus carere memoria, ſufficit,
24. laudare teſtes canitie venerabiles, qui nec ſe vidiſſe, nec homines, qui viderunt, vidiſſe, ſed a majoribus ſe contrarium audiviſſe ſemper profiteantur, vel, ut teſtes deponant, quod nemo aliter, ſed eorum unus quisque a primo ortu & memoria ita ſemper & ubique non aliter homines loquentes audiverit, ſicuti de probatione juris Gentium ex Platone *lib. 8. de L L.* loquitur Albert. Gentil. *de Jur. Bell. lib. 1. c. 1. p. 13.* vel ut deponat teſtis: Er habe es von alten nie anders gehöret / noch ſelber anders geſehen i. e. ſe nunquam a ſenibus aliter audiviſſe, aut ſe vidiſſe, item, ſi dicat. So lange Er gedencke h.e. quamdiu meminerit vid. Joach. Mynſing. *1. obſerv.30. per tot. p.25.* Andr. Gail. *2. obſerv. 66. n. 8. p. 419.* Atqui hæc, quæ de præſcriptione adduxi non impediuntur

per

per clausulam SEPOSITA PRÆSCRIPTIONE, ausgeschlossen und 25.
ungeachtet der Verjährung, per ea quæ tradit Hieronym. Schurff. *Cons. 90. n. 48. centur. 3. fol. 484.* Aymo Cravett. *de Antiqu. temp. part. 4. num. 46. pag. 206.* Andr. Tiraquell. *tr. de retract. conventional. §. 1. gloss. 2. num. 25. vers. Hanc partem si sequaris fol. 496.*

CAPUT IV.

DE MATERIA CIRCA QUAM VERSATUR JUS CUDENDI MONETAM, AURO SC. ARGENTO ET ÆRE.

SUMMARIA.

1. *Monetæ materia alia est ordinaria & usitata, alia extraordinaria & inusitata.*
2. *Ordinaria monetæ materia alia est solida, quæ ex auro vel argento puro conflatur, alia mixta, quæ provenit ex metallo temperato.*
3. *Ratio quamobrem moneta non ex vili aliquo, stanno scil. plumbo, corio &c. sed ex metallo pretioso cudi & confici debeat, exponitur.*
4. *Aurum purum omnium gentium consensu metallum præstantissimum est & quare.*
5. *Recensentur octo singulares effectus atque virtutes auri.*
6. *Aurum dividitur in 24. pretiositatis gradus, qui characteres, Germanice vulgariter* Carath, *appellantur.*

7. *Auro purissimo adsimilatur hodie Hungaricum, Græcis obryzum, latinis excoctum dictum.*
8. *Nummi obryzati quidam dicuntur.*
9. *Nostra ætate aurum nullum est quod 24. characteres attingat.*
10. *Aurum Hungaricum 23. characteres non transcendere deprehenditur.*
11. *Quodcunque aurum sit, ex quacunque vena erutum, modo purgetur & finetur, ejusdem bonitatis est, æque in una mundi plaga atque altera.*
12. *Opinio Tilemanni* Frieſens *negantis, aurum omnimodo purari posse.*
13. *Aurum purificari potest arte Chimica sive Chimiatica.*
14. *Modus purificandi aurum exponitur.*
15. *Utrum aurum Chymicum arte præparatum ad formandam monetam sit idoneum?*
16. *Artem Alchimiæ ut plurimum Sophisticam, impiam & inanem esse contendunt plurimi.*
17. *Adducitur opinio illorum, qui aurum factitium ad perfectionem sublimiorem perduci posse adserunt.*
18. *Alchimia Principi est usurpanda, tum ob arcanorum naturæ cognitionem, tum ob sanitatem.*
19. *Chrysopoëja* die Kunst Gold und Silber zu machen, *artificium videtur esse periculi & dispendii plenum, quod etiam Romanos Magnates ipsosque Cardinales pauperiores reddidit.*
20. *Idipsum probatur latius.*
21. *Vix suadendum est Principi ut Chrysopoëjæ, etiam in extrema Reipubl. necessitate, adhæreat.*
22. *Qui fiat, ut auri copia quotidie imminuatur, quum tamen inde usque a diluvio effosum & incorruptibile sit, latius disputatur & aliquot rationes adducuntur.*

23. *Utrum*

23. *Utrum moneta aurea contineatur appellatione monetæ?*
24. *Argentum, quam vilius sit auro, Lunæ, aurum vero Soli dicatum esse censetur.*
25. *Voluminis auri & argenti tantum discrimen est, quantum distant tredecim ab undecim.*
26. *Proportio auri & argenti exponitur aliquanto latius.*
27. *Argentum ab ære aliove metallo separatum dicitur pusulatum & quare?*
28. *Aurifabri non laborant aurum & argentum purum, sed semper metallis hisce aliquid solidioris, æris scil. vel cupri adjungunt.*
29. *Opinio Budelii, existimantis ex auro & argento purissimo numismata percuti debere secundum præceptum constitutionum Imperialium.*
30. *Moneta nulla ex argento puro puto in toto orbe Christiano reperitur, sed semper aliquid metalli vilioris admixtum est.*
31. *Mixtio illa in Imperio nostro recepta est atque licita.*
32. *Moneta mixta quænam dicatur.*
33. *Ratio quamobrem mixtio licita sit, & quidnam veniat sub appellatione* Schlag-Schatz.
34. *Massa auri & argenti tanti valoris non est, quanti pecunia.*
35. *Moneta illa dicitur legitima, quæ tantum valet in forma, quantum in massa, deductis expensis.*
36. *Respondetur objectioni Budelii & resolvitur text. ex Ordinatione Regiminis oppositus.*
37. *Mixtionis necessitas deducitur ex ipsa metallorum natura.*
38. *Materia monetæ extraordinaria & inusitata quænam?*
39. *Materiam monetæ extraordinariam apud Gentes quasdam,*

dam, etiam moratiores, quondam fuisse usitatam deducitur.

40. *Lacedæmonii e corio nummos sibi formarunt.*

41. *Per nummum Spartanum quid indigitent scriptores.*

42. *Latini quoque habuerunt nummos e corio formatos.*

43. *Romani initio Imperii plumbeo nummo usi sunt.*

44. *Utrum ævo nostro Principes aliive superiores, jus cudendi habentes, ex materia inusitata monetam cudere, eique formam publicam, certo modo taxatam, pro pretio constituto accipiendam & exponendam, imprimere possint?*

45. *Deciditur hæc quæstio ita, ut licitum illud esse dicatur in casu necessitatis summæ.*

46. *Suprema necessitas facit licitum, quod alioquin erat illicitum.*

47. *Reperiuntur omnis ævi exempla, quæ monetam inusitatam, in casu necessitatis, adhibitam esse ostendunt.*

48. *Probatur idipsum exemplo Gallorum, Germanorum classomeniorum, aliorumque.*

49. *Monetam adulterinam cudere, in casu necessitatis summæ, licitum esse Principi aliique Reipubl. adeo verum est, ut plumbea moneta vel coriacea solvi possit pro quacunque etiam pecunia in auro vel argento numerata.*

50. *Extra casum necessitatis publicæ idipsum non licet.*

51. *Usus juris monetarum est Gentium, indeque Principes nil nisi ministri juris ejus sunt, quibus illud, pro lubitu, corrumpere & violare non licet.*

52. *Dignitas & splendor Reipubl. ut & salus populi urgent, ne summi Principes & Magistratus hoc regali, corrumpendo monetam, abutantur.*

MOnetæ materia commode dividi poteſt in ordinariam & uſitatam, ſeu extraordinariam & inuſitatam. 1.
Ordinaria eſt alia ſolida, qualis ea quæ ex auro vel argento puro conflatur, alia mixta, quæ provenire ſolet ex temperato metallo, auro ſcil. argento & cupro ſeu ære. 2.
Rationem vero ejus quamobrem non ex vili aliquo ſcil. ſtanno, plumbo, corio &c. Sed ex pretioſo metallo cudi & confici debeat moneta, eleganter adſignat Nicol. de Clemang. *in tr. de lapſ. & reparat. inſtit. cap. 22.* ubi dicit: *Debet itaque, quod pretium eſt, ex pretioſo aliquo metallo confici, alioquin, quomodo pretium, ſi nihil in ſe contineat pretioſi. Debet præterea ex tali re fieri, quæ non modo apud patriæ indigenas, verum etiam pariter apud alienigenas cara & pretioſa habetur, quatenus per illam cum eis liceat in permutandis mercimoniis per emptionem, venditionem participium habere. Unde bonitas nummi deſcendit ex jure Gentium. Quid eſt igitur ex tali re nummos efficere, quæ nihil pretioſitatis in ſe contineat, niſi alias regiones in uſu mercaturarum a ſe alienare, ſine quo nulla politia durare diu poteſt.* 3.
Ac aurum purum quidem omnium gentium conſenſu, præſtantisſimum & digniſſimum metallum eſt, non ſolum ob ductibilitatem, dann man aus Ungariſchen Goldgülden über die anderthalb hundert folia, zwey und drey Finger breit machen kan, ceu teſtatur Tilemann. Frieſen in ſeinem Müntzſpiegel *part. 1. cap. 6.* Sed & ob virtutem medicam, qua aurum, in deſperatis & ſonticis morbis, præ medicamentis cæteris, mirifice pollere cenſetur C. Plin. *lib. 33. cap. 4. p. 1411.* Hinc etiam Rener. Budel. *lib. 1. de Monet. & re monet. cap. 9. num. 4. & ſeqq. p. 32.* 4.
Bartol. Chaſſan. *in Catalog. Glor. Mund. part. 1. Conſid. 61. & p. 5. Conſ. 31. part. item 12. Conſid. 95.* & ex illis Dn. Joh. Jacob. Speidel. 5.

Speidel. *in specul. Jur. Polit. Philol. verb.* Gold *p. 513.* Octo singulares auri colligunt virtutes & effectus. (1.) Est color optimus, puritas ac fulgor eximius. (2.) Proprietas exhilerandi. (3.) Ponderositas ac soliditas, qua omnia metalla superat, quum duplo ponderosius sit argento, ære, Stanno, habeatque ex soliditate sua puritatem & generositatem super omnia metalla Add. Maximil. Faust. ab Aschaffenburg *consil. pro Ærar. clas. 14. consil. 94. ordin. 1042. p. 607.* (4.) Quia, ex judicio Physicorum, temperatius est omni metallo, indeque virtutes habet mirabiles, confortandi cor, cæterosque sensus. (5.) Quia ne malleo quidem resistit, nec frangitur, ut vas terreum, sed, si malleo percutiatur, ei cedit, inq; omnem partem dilatatur. (6.) Quia verum aurum diutius & durabilius in sua permanet operatione, quam aurum sophisticatum. (7.) Quia virtutem habet conservativam, nec unquam putrescit, sed putrida resolvit & corrigit. (8.) Aurum fistulas & hæmorthoidas sanat, ulcera putrida & odoris tetri emendat, corporique humano maxime congruit &c. Intelligitur autem, ut supra dictum, aurum purum, quod a metallis alienis defæcatum est. Fein Gold/ Lö-
6. tig Gold/ rein und wohl geleutert Gold. Dividitur aurum in 24. pretiositatis gradus, qui characteres seu Germanice & vulgariter Carath appellantur a Græco vocabulo κεράτιον vid. Renn. Budell. *lib. 3. de Assit. & part. ejus* & ex eo Christ.
7. Besold. *Thes. pract. verb.* Carath *p. 249.* Adsimilatur autem ejusmodi auro hodie Hungaricum purum, quod obryzum Græci, latini autem sæpies excoctum dicunt, vel cimentatum de quo loquitur text. *in l. universos. 3. C. de Veter. nu-*
8. *miss. potest. l. quando, unic. C. de oblat. votor.* Hinc obryzati appellabantur nummi, qui ex optumo & puro auro confecti erant. Nostra tamen ætate nullum aurum, teste Ludov. Gomer.

Gomer. *ad Regul. Cancell. in Reg. de val. exprim. in impetr. benef. fol. 250.* fac. *2.* quod 24. characteres attingat, reperitur; 9.
Ex quo factum est, ut Carolus Molinæus *tr. d. usur. qu. 100. n. 778. p. 993.* aliique existimarent, aurum ad 24. characteres decoqui minime posse; Ungaricum enim, quod pretiosius 10.
cæteris existimatur, 23. characteres non transcendere deprehenditur, Bilib. Pirckheymerus *tr. de priscor. num. æstimat. p. 441.* Quodcunque tamen aurum sit, ex quacunque 11.
vena erutum, modo purgetur & finetur, ejusdem bonitatis est, æque in una mundi plaga atque altera, undecunque igitur loci aurum apportetur, si modo repurgetur, colorem eundem in lydio lapide relinquit, quemadmodum refert Petrus Bellonius *observ. lib. 1. c. 50. fol. 48.* A quo recedit Ti- 12.
lemannus Friese in seinen Müntz-Spiegel *p. 1. c. 6.* ubi omnimodam depurgationem auro denegat in verbis. Sonst ist das Gold in seiner Substantz gleich/ es sey aus Arabia/ aus der Insel Ophier/ aus Africa, aus Ungarn oder andern Orten/ allein daß es nicht gleich lauter gradirt ist/ das eine hat mehr Kupffer bey sich/ als das ander/ das eine mehr Silber dann das ander/ darnach es rein geläutert und geseiget ist; Jedoch kan kein Gold lauter geseiget werden/ es bleibet immer etwas von Kupffer oder Silber darunter/ auf das aller genaueste ein Viertheil eines Caraths/ das ist der 96. Theil einer Marck. Quodcunque tandem sit, illud certum 13.
est, purificari aurum posse arte chimica sive chimiatrica, quæ beneficio ignis purum ab impuro separat, vigetabilia, animalia & mineralia in principia sua resolvit, & si opus, vicissim coagulat. Christoph. Besoldus *Thesaur. Practic. verb. Alchimi. p. 40.* Modum autem purificandi designat Johann. 14.
Christoph. Rieman Salefeldensis Monetarii filius *differt. de Jur. monetar. proposita Jenæ Anno 1643. Th. 33. Aurum,* inquit,

tuſum ac in lata & tenuia folia redactum mergitur in urinam
& acetum, poſtea vaſi imponitur materia vulgo das Ciment
bene commixta & aceto modificata, ita ut ferme maſſa ſit;
materiæ ſupponuntur folia auri, auro rurſus materia atque al-
ternative & ſtratum ſuperſtratum, usque dum vas impleatur;
Inde horis 24. abſumuntur omnia, aurum purificatur, argentum,
ſi adſit, inter cineres ſervatur: Ignem autem cum ſupponi di-
cimus, ut etiam circumponatur intelligimus. Nam ſi ſolum
ſupponatur ægre aut vix diſſolvetur; Hactenus experientia
patris ſui locutus Reinmannus, qui tandem ſubjungit;
15. *Hæc qui attenderit, is ex auro impuro, purisſimum & ad extre-*
mum bonitatis culmen efficere poterit. An vero aurum chy-
micum arte præparatum ad monetam formandam ſit ido-
neum diſquiritur. Sunt qui id fieri poſſe, factumque eſſe
prorſus negant, inter quos eſt Henric. Bocer. *de jur. mone-*
16. *tar. cap. 4. n. 10. p. 164* & artem Alchimiæ uti plurimum So-
phiſticam, impiani & inanem eſſe contendunt, inter quos
eſt Forcat. *dialog. 6. num. 6.* Sunt alii, qui aurum factitium ad
17. perfectionem ſublimiorem perduci adſerere non veren-
tur, ita, ut, ſi in aqua forte conſtans eſt, & perpetuum ma-
net, materiæ nummorum conſtantia ſua & pretio idone-
18. um ſit, quæ plurimorum monetariorum modernorum
ſententia eſt, ſub judice tamen lis adhuc pendet. Equidem
Alchimiam uſurpandam eſſe Principi cenſeo, tum ob ſani-
tatem. Aſt chryſopoëia die Kunſt Gold und Silber zu machen
19. artificium eſſe videtur periculi & diſpendii plenum, quod-
que etiam Romanos magnates, ipſosque Cardinales pau-
periores reddidiſſe teſtatur Anonym. *in diſc. Polit. de l'eſtat*
de Rome an Noy treschestien anno 1626. impreſſ. fol. 14. Quo ipſo
ſine omni dubio, motus eſt Pontifex Johann. XXII. *Extrav.*
20. *commun. lib. 5. Tit. 6.* ut Alchymiſtas cum arte ſua damnave-
rit

rit & perpetuis temporibus exulare jusserit; Verba Pontificis sunt admodum signata: *Spondent*, inquit, *quas non exhibent divitias, pauperes Alchimistæ, pariter, qui se sapientes existimant, in foveam, quam fecerunt, incidunt; Nam haut dubie hujus artis Alchimiæ alterutrum se Professores ostendunt, cum suæ Ignorantiæ conscii eos, qui supra ipsos hujusmodi dixerint, admirentur: Quibus, cum veritas quæsita non suppetat, diem cernunt, facultates exhauriunt, idemque verbis dissimulant falsitatem, ut tandem, quod non est in rerum natura, esse verum aurum vel argentum, sophistica transmutatione consignent, eoque interdum temeritas illorum damnata & damnanda progreditur, ut fidis metallis cudant publicæ monetæ characteres fidis oculis, & non alias Alchymicum fornacis ignem vulgum ignorantem eludant. Hæc itaque perpetuis volentes exulare temporibus hac Edictali constitutione sancimus, ut, quicunque hujusmodi aurum vel argentum fecerint vel fieri, secuto facto, mandaverint, vel ad hoc scienter (dum id fieret) facientibus ministraverint, aut scienter vel auro vel argento usi fuerint vendendo vel dando in solutum, verum tanti ponderis aurum vel argentum pœnæ nomine inferre cogantur in publicum pauperibus erogaudum, quanti Alchymicum existat, circa quod eos aliquo prædictorum modorum legitime deliquisse constiterit; facientibus nihilominus aurum vel argentum Alchymicum aut ipso, (ut præmittitur) scienter utentibus perpetuæ infamiæ nota adspergetis &c.* Cum Pontifice exacte concordat Jacob. Bornit. *Tr. de rer. sufficient. cap. 41.* ubi: Gold machen / wer es weiß / sagets nicht / wer es nicht weiß wolte es gerne sagen / und kan es nicht / und denckt mich zu betriegen und mir mein Geld abzuliegen. Jung. Jul. Scalig. 21.
lib. 4. Epidorp. p. 202. Vix ergo suadendum erit, ob infinitas impostorum fallacias, & præstigia, ut Princeps vel Respubl.

arti Alchimisticæ, ad conficiendas pecunias, etiam in extrema Reipubl. necessitate, adhæreat. Herm. Lather. *de Cens. lit. 3. cap. 11.* & Casp. Klock. *de ærar. lib. 2. cap. 117. per tot.* Imprimis autem cordate in hanc sententiam scribit Johann. Olorin. *in Ethograph. mund. fol. 150. fac. 2. ibi:* Es haben viel Jahr her, mächtige Fürsten und Herrn ein stattliches gewaget, aber ich weiß nicht, was sie löbliches ausgerichtet haben, darum rathen Cajetanus und Cardanus, daß entweder kein Mensch die Alchimisterey treiben soll, oder doch nur die Fürsten allein. Et, paucis interjectis, tandem concludit: Demnach wann ja die Alchimia, noch heutiges Tages solte getrieben werden, so möchte man Fürsten und Herren vergönnen, die einen grossen Beutel haben, und dagegen im gantzen Lande allen andern Adel und Unadel
22. solches verbieten. Post hæc dispiciendum quoque hic erit, ceu loco fortassis non incongruo, qui fiat, ut auri copia quotidie imminuatur, cum tamen inde usque a diluvio effossum illud & incorruptibile sit; Varii varias hujus mali causas adferunt, de quibus vid. Georgius Richter. *in appendic Axiomat. Histor. num. 22.* Veras tamen & genuinas ejus rationes recitat Bonifacius Termineus *in Thesaur. mund. proposit. 2. fol. 20. & seq.* & ex eo Georg Linden Spür ad ordinat. Würtenberg. n. 8. & 9. p. 197. & 198. & seqq. cujus verba, cum rem totam expedire videantur, adponere non pigebit. Verborum tenor talis est: Man bedencke nun in specie, die grosse Menge der Goldschmiede oder Silber-Arbeiter, die in allen Städten und Herrschafften des Römischen Reichs seynd. Dann man findet offt in einer Stadt 10. 20. 30. 40. &c. derselben; Nun seynd der Städte und Orte viel hundert, ja etliche 1000. also, daß es auch eine grosse Anzahl von viel 1000. Goldschmieden haben muß. Der Uhrma-

Uhrmacher findet man auch eine gute Anzahl/ die eben auf solche Art/ ihre Arbeit verquicken und vergülden; Und da zwar wohl bewust/ daß diese nicht stetig und alles vergülden, so rechne ich doch den dritten Theil ihrer Arbeit/ daß sie vergüldet werde. Würde nun der Arbeit viel 1000. Marck/ so kommen fast noch viel 1000. Ducaten darzu/ dann man muß zum wenigsten auf die Marck Silber/ anderthalb/ oder zwo Ducaten zu vergülden haben. Man besehe auch zum Uberfluß die fürnehmsten Messen/ als zu Franckfurth/ Leipzig/ Straßburg ꝛc. und bedencke/ was nun von vergüldeter Arbeit, in denen [illegible]en Städten/ Nürnberg und Augspurg gemacht/ hin und [illegible]er verführet und verhandelt würd: Et iterum. Gleiche [illegible]haffenheit hat es mit der vergüldeten Arbeit/ die allbereit gemacht/ und daran das allerbeste Gold/ unnützlich verwendet worden. Ich rechne die fürnehmste Häupter/ Ständ und Städt des Heil. Römischen Reichs/ und was ohne gefehr bey denselben vorhanden sey/ und still liegen möchte/ und dasselb nach Anleitung der R. A. Also und zu förderst findet sich die Römische Käyserliche Majestät/ darnach die sieben Chur-Fürsten/ ferner Geistliche Fürsten 36. Weltliche Fürsten 35. Geistliche Prælaten und Aebtißin 29. Grafen und Herrn des Reichs 87. Reichs-Städte groß und klein/ darunter der grossen 10. aber zusammen 55. der Ritter-Stand und Adel etlich 1000. viel 1000. andere kleine Städtlein Flecken und Dörffer; Darin bey den Reichen Bürgern und Bauren/ dergleichen vergüld Silber/ an dupleten, Bechern/ Kannen/ Becken/ Schalen/ Blatten/ Dellern/ Löffeln/ Beschläg/ Spangen/ Gürteln/ Messer-Scheiden/ ꝛc. still liegt und ruhet; Wie viel ich nun jeden Stand an vergülden Silber zurechne/ trag ich Bedencken in specie zu setzen; Nachdem ich aber alles/ so viel ich nachsinnen können/

nen/ überschlagen/ finde ich auf 1300000. Marck vergüld Silber und rechne auf jede Marck zween Gülden 2. Ducaten/ das thut 6. und zwantzig mahl hundert tausend/ ein tausend zwey hundert Ducaten: jeden Ducaten gerechnet zu 3. Gülden thut acht und siebentzig mahl hundert tausend/ drey tausend sechs hundert Gülden/ das ist 78. Tonnen Goldes. Und 3600. Gülden so/ wie gemeldet/ allein an dem vergüldeten Silber-Geschirr klebt. Nun will ich gerne bekennen/ daß diese Rechnung so gar just nicht sey/ woll doch demonstriren, daß ich allhier nicht zu wenig und nicht zu viel gerechnet. Et paulo post: Es kan ein Goldschlager/ wann das Gold zugericht/ wie Handwercks-Gebrauch/ alle Wochen 28. Ducaten zu den dünnesten Tafflen und Blättlein schlagen; Dann wann es stärcker seyn solt/ wie es die Messer-Schmied und Sporer zu den Parthysanen/ Wöhren/ Stangen/ Spangen/ Bügeln/ Sporn &c. gebrauchen/ so kan ein Mann zwey oder drey mahl so viel die Wochen über arbeiten. Nun hat es der Goldschläger zu Nürnberg 34. zu Augspurg 4. zu Breßlau 10. zu Straßburg 2. zu Magdeburg 2. zu Ulm 4. das wären 56. Meister/ darzu rechne ich jeden einen Gesellen/ uod also dopplete Arbeit. Wäre einen Meister die Woche 56. Ducaten; folgt daraus/ daß genannte 56. Meister/ das gantze Jahr über verarbeiten können 156800. Ducaten; Wann nun in benannten 6. Städten/ so viel in einen Jahr kan verarbeitet werden/ so ist daraus noch ferner nicht allein zu schliessen/ was in andern grossen Städten geschlagen wird; sondern was zugleich auch an diesem allerköstlichsten Metall des Goldes abgehet und gantz zu nichte gemachet wird; Ich will allein von oben bemeldeten 56. Meistern nachrechnen/ was in 30. Jahren mag geschlagen worden seyn; Da findet sich in multiplicatione, sieben und

viertzig mahl hundert tausend- und vier tausend Ducaten/ das thuet im Gelde/ jede Ducaten für 3. Gülden gerechnet/ vierzehen tausendmahl tausend/ einmahl hundert tausend/ und zwölff tausend Gülden. Oder hundert und ein und viertzig Thonnen Goldes und zwölff tausend Gülden. Nicht weniger vernichtet auch das Gold/ das Silber ziehen/ spinnen/ Faden zwirnen/ eine gute quantität dieser guten Metallen/ &c. Insuper & hic disquirendum, utrum moneta 23.
aurea contineatur appellatione monetæ v. gr. Quidam constituit in dotem filiæ suæ mille florenos auri currentis in Delphinatu, qualiter hæc verba intelligi debeant quæritur? Dicendum erit, quod mille floreni in moneta aurea currente censeantur in Delphinatu constituti, qui in moneta aurea currente solvi debeant ad rationem auri, ceu pluribus deducit Guid Pap. *decef Grationopol. quæst. 492. p. 227.* Auro vilius est argentum, proximum tamen ab eo lo- 24.
cum inter metalla obtinet; Unde illud soli, hoc autem lunæ dicatum esse existimant, vid. Georg. Agricol. *lib. 8. de natur. fossil. cap. 5.* Est enim voluminis auri & argenti tantum discrimen, quantum distant tredecim ab undecim, ita fit ut 25.
duabus partibus argenti massa ejusdem ponderis minus aquæ effundat, quam æris. Maximil. Faust ab Aschaffenburg *Consil. pro Ærar. Class. 14. Consil. 94. Ordinat. 142. fol. 607.* Perspicue autem proportionem sive analogiam auri & argenti exprimit Tilemann. Friese *dict. l. 1.* des Müntz-Spie- 26.
gels *cap. 1.* ibi: Es haben nach allgemeinen der scribenten opinion ein Loth Goldes 12. Loth Silbers die mehreste Zeit gegolten/ wiewohl es nicht allezeit gleich/ und bey den Alten mehr und weniger darnach die Zeit viel oder wenig Gold oder Silbers gegeben; Zu diesen unsern Zeiten ist die Vergleichung und Ebenmäßigkeit der proportion, wenig mehr als

als 11. gegen eins/ daß ein Marck Goldes 11. Marck und ein wenig mehr Silbers vergleichet; Verum quoad pondus ist das Gold fast doppelt so schwer/ als eines von Silber. Jung. Christoph. Besold. *in Thesaur. Pract. verb.* Gold *fol. 573.* Potest autem argentum ab ære separari, ceu arguit *text. in l. lacus 12. §. si ære meo 1. ff. de Acquirr. rer. domin.* Quando vero
27. ita separatum est argentum ab ære, aliove metallo dicitur pusulatum i e. excoctum & purificatum, dictum ita a pustulis in quas adsurgit in coquendo, de quo est *text. in l. in nave 31. ff. locat.* ibi: cum argentum pusulatum fabro daretur, in quo text. Carol. Molin. *tr. de usur. qu. 100. n. 785. p. 1002.* legendum esse putat pustulatum, indeque interpretatur argentum postulatum i. e. purissimum, purgatissimum & exactissimum. Alciatus autem *de text.* legit postulatum. Ast Cujac. *lib. 7. observ. c. 37.* omnem hanc lectionem probat, & perinde esse ait, sive pustulatum sive pusulatum, sive postulatum ibi legamus, quod eodem sensu, eademque significatione dicatur pustula, postula, & pusula, ceu ex Tibullo, Festo & Plinio ostendit Quocunque tandem descendat hæc argenti puri appellatio, certum illud est, quod au-
28. rum & argentum purum nec aurifabri, nec monetarii laborent, sed semper metallis hisce aliquid solidioris, æris sc. vel cupri, adjungatur, adeo, ut, teste Budæo, frustra tentaverit Imp. Claudius ex auro puro nummos conficere, magnumque inde detrimentum passus sit, contra quam sentit
29. & refert Budel. *de monet. lib. 1. cap. 21. num. 19. & seqq. p. 94. & 95.* ubi non solum Darium ac Tiberium ex auro purissimo percussisse numismata, sed & fieri debere probat *ex text. ordinat. Regim. August. habit. de Anno 1500. Tit.* von der gülden und silbern Müntz wegen 71. ibi: Darauf dann wir/ oder der/ so an unserer statt sitzen wird/ und das gemeldete

Reichs

Reichs Regiment, vollkommene Macht und Gewalt haben sollen, Ordnungen und Satzung, einer beständigen gülдenen und silbern Müntz, von feinem Gold und Silber, ohn allen Zusatz, durch das gantze Römisch Reich fürzunehmen, zu machen und zu beschliessen ꝛc. Aſt monetam nullam ex 30.
argento puro & puto reperiri, ſed ſemper aliquid metalli vilioris admixtum eſſe monetis in toto orbe Chriſtiano verum eſſe ait Didac. Cavarruv. *de veter. numiſm. collat. cap. 7. num. 5.* CarolMolin. *tr. d. uſur. qv. 100. n. 777. & ſeqq. p. 992.* & 31.
in Imperio quoque noſtro receptum eſſe atque licitum evincit Nicol. Myler. ab Ehrenbach. *d. Princip. & ſtat. Imper. Rom. c. 71. num. 4. p. 528.* Atqui hinc moneta mixta dicitur, 32.
quæ ex auro & argento, argento & cupro cuprove & auro conflatur. Ratio vero quamobrem hæc mixtio licita cenſeatur, pendet, tum ex ſoliditate & duritie nummorum, pu- 33.
riſſimi ſiquidem nummi aut quatiuntur facile, aut leviter uſu teruntur, tum ut impenſa cudendi, quod cummuniter appellatur Schlegſchatz, detrahatur: Unde etiam fit, quod ipſa auri, argentive maſſa tanti valoris non ſit, quanti pecu- 34.
nia. Matth. Coler. *de Proceſſ. Execut. p. 1. cap. 10. num. 11. fol. 214.* & moneta illa dicatur legitima, quæ tantum valet in forma, quantum in maſſa deductis expenſis. Hier. Schurff. 35.
centur. 2. Conſil. 60. num. 7. fol. 318. Jacob. Bornit. *de Numm. l. 1. cap. 7. p. 50.* Et hæc ſententia non impeditur per text. *ordin. Regim. ſupr. oppoſ.* quippe qui nihil determinati habet, 36.
ſed tantum dicit, fore, ut aliquando ejusmodi Conſtitutio emanet, quæ mixtionem omnem in moneta prohibeat. At vero ſtatus, re maturius deliberata, invenerunt neceſſario mixturam aliquam eſſe permittendam. Inſuper & ex 37.
ipſa metallorum natura pendere videtur hæc mixtio, quippe quod, ex ſententia C. Plinii *l. 33. c. 4.* omni auro ori-

 ginali-

ginaliter argentum insit, vario pondere, alibi dena, alibi nona, alibi octava parte, argentum quoq; originaliter cum plumbo generetur & eruatur ex argenti fodinis, ubi non inveniatur nisi cum plumbo mistum. Carol. Molin. *loc. supr. alleg.* quod tamen non ita inhæret, quin purgari & separari
38. possit, quemadmodum supra ostensum. Hactenus de materia monetarum ordinaria & usitata, consequitur extraordinaria & inusitata, quæ minus apta & habilis est, ferrum, stannum, corium, sal, corallium, albi lapilli, qui in mari reperti sunt, cortices mori, interiores, charta, orichalcum, lignum, legumina, creta, terra, pannum, piper &c. Wolffgang. Heid. *Syslem. Polit. cap. 3. p. 577.* Georg. Schönborn. *lib. 4. Polit. cap. 30. p. 450.* Francisc. Hottoman *de Re numm. part. 1. cap. 1. fol. 491.* Tiber. Decian. *tom. 2. tr. Criminal. lib. 7. cap. 23. num. 10. fol. 196.* Henning. Arnis. *de jur. Majest. lib. 2.*
39. *cap. 7.* quæ omnes extraordinariæ & inusitatæ, in defectum ordinariarum materiarum, substitui solent. Hæc itaque materia, apud nos quamvis sit inusitata, apud gentes tamen quamplurimas erat usitata. Etenim priscos Lacedæmonios e corio nummos sibi formasse Seneca autor est:
40. *Æs alienum*, inquit, *habere dicitur & qui aureos debet & qui corium forma publica percussum, quale apud Lacedæmonios fuit, quod usum numeratæ pecuniæ præstat*: Postea ferreis nummis usos fuisse ex Lycurgi legibus aperte testatur Stob. *Sermon. 145.* Idipsum quoque indicat Athenæus, *At divinus Plato, inquiens, Lycurgusque Lacedæmonius, neque vagari per suas Respublicas sumtuosum aliquid patiebantur, quidpiam, neque aurum vel argentum, quoniam ex omnibus metallis solum æs &*
41. *ferrum sufficere existimabant.* Atqui hi nummi magni pon-
42. deris erant, sed nullius fere pretii, unde nummus spartanus de re conatus magni, emolumenti nullius pronuntiatur. Nummi ferrei meminit Aristotel. *cap. 2. Oeconom.* nec non

stannei

ſtannei & æneì Pollux. Latinos quoque e corio formatos habuiſſe orbiculos modico auro ſignatos, nummorum loco, docet Iſidorus his verbis: *Pecunia de pecudibus & proprietatem habet, & nomen. De corio enim pecudis nummi incidebantur & ſignabantur. Poſtea a Saturno nummus aureus inventus eſt: Sic & Plato Carthaginenſes coriis nummis uſos eſſe in commerciis ſtateris magnitudine alibi prodidit.* Aſt Romani initio imperii plumbeo nummo uſi fuerunt, illudque vim 43.
ac poteſtatem pecuniæ habuiſſe usque ad cæſarum ævum ex Poëtis & Comicis patet, vid. hac in re pluribus Johann. a Chokier. *tr. de re numm. priſc. ævi cap. 3. p. 18.* An ergo & 44.
noſtro ævo Principes, aliive ſuperiores, jus cudendi monetam habentes, ex materia ejusmodi inuſitata monetam cudere, eique formam publicam, certo modo taxatam, pro pretio conſtituto accipiendam & exponendam, inprimere poterunt? De hoc, in caſu neceſſitatis ſummæ, dubium non eſt. Etenim ſuprema neceſſitas facit licitum, quod a- 45.
lioquin erat illicitum. Et reperiuntur certe omnis ævi e- 46.
xempla, quæ monetam ejusmodi in caſu neceſſitatis adhi- 47.
bitam eſſe oſtendunt. Sic Galli olim a Duce ſuo æreos denarios pro argenteis ſumſerunt, Paul. Jov. *lib. 3.* Sic Eni- 48.
cus Lupides Comes Tendillanus Dux inſignis, in bello Granatenſi Almæ urbi præfectus, in ſuma rei pecuniariæ deſperatione, dum fruſtra expectaret pecunias a Ferdinando Rege & Regina Iſabella, ex charta panucea fecit ſchedulas manu ſua, atque ſubſcriptione ſignatas, & æſtimatas interim ſolvit, quasdam vocans aureos, argenteos nummos, æreos, aſſes, ſemiſſes, trientes, quadrantes, hisque inter ſe emtiones & commercia facta ſunt, pollicitus, ſe daturum, pro illis fictitiis, veras pecunias poſt repetitionem hic Clazomenii militibus, cum deberent, Stipendii nomine,

 quadrin-

quælibet illarum communiter sedecim solidis ibi locorum usualibus seynd 12. Reichsgroschen oder einen halben Thaler. De Marcis hisce earumque pretio & solutionem vid. Nieder-Sächsischen Crayses Müntz-*Edict* zu Lüneburg *31. Jan. 1568.* §. Ferner und nach dem item §. was aber die Zins &c. Superest in hoc monetæ genere Marca Brandenburg. & Magdeburgensi, quarum prior taxatur ex judicio Scabinorum Brandenburgensium *de anno 1542. ad requisitionem* Ludwig *Alemans civis Magdeburgens. ad* 14. Loth thut vier Gülden weniger ein Ort am Golde Rheinisch. Posterior autem habetur vulgo florenus Imperii ein Reichsgülden ist 21. Silber oder guter Groschen. Distinctius rem effert Johann Köppen *decis. quæst. illustr. 26. num. 1.* ait: Sexagenam Marchicam novam sexaginta marchicis grossis, antiquam tringinta æstimat, succedat moneta STERLINGORUM der Sterlinge in Anglia usitata, cujus originem & denomi- 52.
nationem vide apud Dn. Jacob. Speidel in Specul. *Var. Jur. Politic. Histor. observ. verb.* Sterling *fol. 1186.* Valor illorum

rum variat; In Hybernia enim valet Marca Sterlingorum
53. ducatos 4. Marca vero Rhenens. argenti puri valet ducatos Rhenenses octo cum dimidio. Ex quibus ducatis Rhenensibus quatuor tres, ducati Hungarici constituuntur. Itaque Marca Rhenensis valet aureos Rheneses 70. & parum plus. Marca vero Parisiensis est Unciarum novem ex nostris communibus, & tertia pars alterius unciæ. Ex eo fiunt ducati 70. ideoque inter istas monetas Marcarum, Sterlingorum, Turonensium & Parisiensium magna est differentia prout notavit Petr. de Bellapertic. *in l. Compensationes 14. C. d. Compensat.* A Sterlingis divertor ad Sexagenas die Schocke/ in quibus principatum appetunt Sexagenæ Misnicæ die Meißnische Schocke. Quarum altera est
54. nova, ein neu Silber-Schock viginti grossis Misnicis gute Groschen/ die Groschen zu 12. Pfenning gerechnet/ altera est antiqua ein alt Schock viginti grossis Misnicis constari. An vero, si in instrumento obligationis dicatur ein Schock/ in terris Saxonicis hæc verba de Sexagena nova an antiqua intelligenda sint, non adeo expeditum est, pro qua controversia finienda tenendæ sunt regulæ sequentes (1.) Dato
55. contractu, in quo de moneta dubitatur, attenditur illa, de qua per partes actum, etiamsi non sit expressa moneta, pro expressa tamen habetur. Actum autem de moneta illa intelligitur, quæ vel ex natura rei subjectæ, vel ex quantitate
56. vel aliis conjecturis colligitur: Vendita enim re magni
57. pretii pro sexagenis, si dubitatur, utrum antiquæ vel novæ sint, res ipsa suadet, partes non de Sexagenis antiquis, sed novis egisse (II.) Si aliqua moneta certa in contractu præ-
58. cessit, exinde palam sit, eandem monetam esse restituendam (III.) Si ex subjecta materia ejusque natura & qualitate
59. vel ex natura contractus aut circumstantiæ personarum

conje-

conjecturæ nullæ extant, eo casu ante omnia attenditur monetæ species, quæ in loco usitata est; ubi ergo sexagenæ aurei Rhenani vel grossi diversi valoris aliquo in loco in usu sunt, ceu in Misnia, & Marchia contingit, hoc casu in dubio partes de minimis sensisse intelliguntur. (IV.) Si nec 60.
conjecturæ, nec consuetudo adsit, tum in dubio pro moneta minori concluditur & ideo partes de sexagenis antiquis sensisse intelliguntur. vid. pluribus Johann. Köppen. *loc. supr. cit. num. 2. seqq fol. 49.* Post Sexagenas videndus 61.
erit Ducatus ein Ducate oder Ungerischer Gülde, conficitur hic ex auro puriore quod quam proxime accedit ad absolutam istam puritatem, utpote, quod sit caractorum 23. & granorum 8. ut terminos monetales retineamus, quibus etiam utitur *Ordinatio Imperii de anno 1559.* §. ferner *68.* ibi. dergestalt, das sieben und sechzig schön ausbereitete Stück ein Cöllnisch Marck wiegen, und fein lauter 23. Carat 8. Gran halten. Apparet ergo in ducatis singulis partem 72. esse 62.
alienam & ex heterogeneo metallo: Et qui habet 27. Du- 63.
catos, excoquendo eos ad summam puritatem retenturum in auro purissimo obryzato pondus saltim 71. Ducatorum Christoph. Besold. *in Thesaur. pract. verb.* Ducaten oder Ungarische Gülden. *p. 346.* De valore Ducatorum constat, eum 64.
semper fuisse varium ac multiplicem; Etenim circa ann. 1590. & circiter commutabatur 38. grossis Misnicis Anno 1602. quadraginta sex, teste Alemanno loc. sæpe citat. p. 531. Ex quo factum est, ut *in R. I.* itemque *Ordinat. Provincialibus*, Ducatis, propter immoderatam & inexple- 65.
bilem fæneratorum cupidinem, certa imposita fuerit æstimatio. Müntz-Ordnung *Ferdinand. de ann. 1559.* §. Alle Hispanische *149.* §. Alle Hispanische, als *Castilier 150.* §. die Saltzburgische *151.* de ducatis latius vid. Ren. Budel. *de re*

numm. lib. 1. cap. 18. num. 13. p. 77. Didac. Covarruv. *de Peter. numism. collat. cap. 3. fol. 617.* ubi de aureis excellentibus
66. doblonibus & ducatis in specie agit. De Crossatis autem Crossaten oder Ducaten mit einen langen Creutz hæc accipe. Ein Crossat oder Ducat, mit einen langen Creutz/ hält an feinen Golde/ zwey und zwantzig Carat/ sechs Grän: Gehen in die Cöllnische Marck/ sieben und sechzig Stück: Thut jeglicher, ein und dreyßig Batzen Böhmischer; ein und viertzig Groschen vier Pfenning/ thut ein Gülden/ zwantzig Groschen/ vier Pfenning; Oder einen Thaler/ siebenzehen Groschen/ vier Pfenning/ Meißnischer; und zwey Gülden/ sieben Schilling/ einen Pfenning/ Lübeck und Magdeburgischer Wehrung. Jacob Alemann. *tr. sep. allegat. partit. 21. p. 539.* Supersunt e moneta aurea die Portu-
67. galeser & Rosenobel. De illis Christoph. Besold. *in Thesaur. pract. verb.* Portugaleser. *pag. 139. ubi:* Die alten Emanuel Portugaleser/ mit dem doppelten Creutz halten an feinen Golde 23. Carat/ eilff Grän/ gehen auf die Marck ungefehr sechs und drey viertheil Stück/ und ist derer jedes Stück/ ietzo würdig ein und zwantzig/ aber nicht harte Thaler/ das ist 10. Ducaten. De his vero Tilemann. Friese in Müntzspiegel. *lib. 4. cap. 30.* ubi: Die alten Rosenobel halten in feinen Golde 23. Carat/ zehen und ein zweytel Grän/ gehen in die Cöllnische Marck dreyßig Stück/ haben nach der Niedersächßischen Craißes letztern Valvation 75. Batzen/ thut 5. Gülden/ oder 4. Thaler 4. Groschen 4. Pfenning/ Meißnischer/ und 5. Gülden 13. Schilling 9. Pfenning/ Lübeckischer
68. und Magdeburgischer Wehrung. A moneta aurea transeo ad argenteam in quibus primo loco se ostendunt die Engelloten/ quorum bonitatem intrinsecam exprimit Jacob. Alemann. *d. tr. part. 24. p. 530.* Die alten Engellotten/ halten

ten bey feinem Silber/ 23. Karath/ 8. Grän/ gehen in die Cöllnische Marck/ 46. Stücke/ ist jedes Stück würdig 47. Batzen/ seynd 3. Gülden/ 16. Creutzer/ Bohemischer: 49. Batzen oder 88. albus. Ober-Rheinischer/ 65. Groschen/ 4. Pfenning thuet 3. Gülden/ 2. Groschen/ 4. Pfenning/ oder 2. Thaler/ 17. Groschen/ 4. Pfenning/ Meißnischer- und 3. Gülden/ 15. Schilling. 1. Pfenning/ Lübeck- und Magdeburg. Wehrung. Die newen Engellotten/ welche Fraw Maria Königin in Engelland/ müntzen lassen/ seynd den Alten vorbeschriebenen Engellotten/ im Schrott/ gleich: Wo nicht besser/ halten bey feinen Golde 23. Karath/ 8. auch 10. Grän/ gehen in die Marck/ 46. Stück/ vollwichtig. Post hæc dispiciendum de thalero, qui vulgo & simpliciter acceptus commutatur grossis misnicis 24. solidis Lubecensibus & Lunæburgensibus simplicis, triginta duobus, duplis sedecim; Rostochiensibus vero & Sundensibus Sexaginta quatuor; Constituit item ducentos octoginta octo nummos Misnicos, Magdeburgenses trecentos octuaginta quatuor vulgo straube Pfenning. vid. ulterius de thalerorum valore, cusione & emissione *Edict. Monetal. supra citat.* §. Ordnen und wollen hierauf. *36. & seqq. usq. ad* §. Darmit aber der gemeine Arm *46.* Jung. R. A. zu Augspurg *d. ann. 1566.* §. Dem haben wir uns mit ihnen 151. cum duobus seqq. ib: Setzen daß der gantze Thaler/ deren ein Stück sechtzig acht Creutzer gelten/ sollen auf die Cöllnische Marck gehen acht Stück/ und fein halten 14. Loth und vier Grän/ wird die feine Marck ausgebracht umb 10. Gülden und zwölff Creutzer. Imperialis vero taxatur grossis Misnensibus 28. solidis Lubecensibus 37. nummis tribus. Dicuntur autem Joachimici 69.
Joachims-Thaler/ a valle Joachimica, ubi ab initio maxima 70.
illorum copia. Jacob. Bornit. *d. Numm. lib. 1. cap. 7. p. 48.* Imperia-

perialis vero ein Reichs-Thaler, lege & valvatione circuli inferioris Saxoniæ publicata 20. Januar. Anno 1610. taxatur groſſis Miſnenſibus octo viginti, ſolidis Lubecenſibus vid. Nieder-Sächſiſche Müntz-Ordnung *de ann. 1610. 20. Jan.* §. Wiewohl aber nun der gantzer unverſchlagener richtiger Reichs-Thaler. De ſpuriis thaleris vid. *Ordinat. Monetal. Ferdinand.* §. Aller folgende Thaler, *38. ſeqq.* & R. A. *circuli inferioris Saxonici ſupr. allegat.* §. Nach dem etzliche Sorten
71. Thaler. Juvat autem diſpicere de unica taleri ſpecie ſcil. Hiſpanico dem Hiſpaniſchen oder dicken Thaler, de quo ex ſententia Jacob. Alemanni *loc. ſæpius citat. partit. 32. pag. 549.* ita habeto: Der König: Philipps-Thaler: Oder Printzen dicken Thaler, gehen in die Cöllniſche Marck ſieben Stück und halten dreyzehen Loth, fünff Grän: Iſt nach jetziger, des Nieder-Sächſiſchen Crayſes valvation würdig 23. Batzen thuet anderthalb Gülden, 2. Kreutzer, Bohemiſcher 23. Batzen, ſeynd 41. albus, 4. Pfenning, Ober-Rheiniſcher: 30. Groſchen, 8. Pfenning thuet 1. Gulden, 9. Groſchen, 8. Pfenning oder 1. Thaler 6. Groſchen 8. Pfenning Meißniſcher: und 1. Gülden 16. Schilling, 11. Pfenning, Lübeck- und Magdeburgiſcher Wehrung. Quid vero dicendum de taleris ſi in inſtrumentis talerorum ſimpliciter, vel cum aliqua adjectione mentio fiat, utrum verba illa de ſimplicibus & communibus thaleris, an vero de corporibus & integris thaleris in ſpecie accipiendi e-
72. runt? Solvendus erit nodus cum Matth. Berlich. *part. 2. concluſ. 37. num. 21. ſeqq. fol. 261.* ita ut ſi in inſtrumentis de duris, integris & uncialibus thaleris von guten harten Reichs-Thalern Stück vor Stück dicatur, dubium eſſe non
73. debeat, quin de corporibus & thaleris Imperialibus in ſpecie accipiatur. Si vero mentio fiat ſolummodo thalerorum Imperialium ſimpliciter, vel hoc etiam addito in ſpecie,

cie, tunc verba illa non de duris & uncialibus, sed de thaleris communibus, quorum quilibet 24 grossos valet accipienda erunt; Ratio est, quia thalerus Imperialis, ad æstimationem 24. grossorum est excusus, & secundum usum 74.
loquendi communem, etiam is thalerus dicitur Imperialis, qui solummodo in 24. grossis est numeratus, quamvis corpora & thaleri ipsi non sint dati, quod tamen secus est, si addatur, thaleros justi ponderis & valoris, aut an Schrot und Korn unverschlagen, mutuo datos esse. Seqvuntur coronati die Cronen, quos triginta grossis Misnicis constitisse quondam probat Matth. Host. *d. re numm. lib. 2. cap. 7.* 75.
num. 10. p. 332. & *cap. 8. num. 9. p. 338.* Jung Müntz-Ordnung *Ferdinand. d. ann. 1559.* §. Burgundier. *155.* & §. Alle Hispanische & *c. 156.* Rener. Budell. *d. re num. lib. 1. cap. 18. num. 15. p. 78. sequentia de illis qui refert:* Zu diesen unsern Zeiten, und in jüngster Nieder-Sächsischen Valvation ist ein Sonnen-Cron gesetzt auf 30. Batzen, thuet 2. Gülden, Bohemischer: 54. Albus, Ober-Rheinischer: 40. Groschen, thuet 1. Gülden, 19. Groschen, Meißnischer 2. Gülden: fünff und einen halben Schilling, Lübeck- und Magdeburgischer Wehrung. ubi & de specie coronati, quæ appellatur Silber-Crone, judicium suum fert his verbis. Eine Silber-Cron ist durch des Nieder-Sächsischen Crayses letzte Valvation, gesetzt zu vier und zwantzig Batzen, thuet anderthalben Gülden, sechs Creutzer Bohemischer: vier und zwantzig Batzen oder 43. albus. Ober-Rheinischer, 32. Groschen, thuet 1. Gülden, 11. Groschen, oder 1. Thaler. 8. Groschen Meißnischer; und 1. Gülden, 18. Schilling, und einen halben, Lübeck- und Magdeburgischer Wehrung De hinc CRUCIGERI die Creutzer, quorum quatuor constituunt Batzium usualem. Joach. Minsing. *centur. 1. observ. Cam. 65. p. 52.* & *Centur. 5. observ. 83. n. 1. pag. 481.* Sexa- 76.

 gint-

ginta autem crucigeri constituunt florenum. Ren. Budel. *d. re nummar. lib. 1. cap. 18. num. 2. & 3. p. 75.* ubi observat, statutum pedem ut nummus argenteus cuderetur, qui pro sexaginta crucigeris h. e. quindecim Batziis exponeretur. Jung. Münß-Ordnung. *Ferdinand. d. ann. 1559.* §. zum siebenden. *9.* & §. und seynd *181.* Pertinent huc quoque die zehen Creutzerer und Schreckenberger de quorum valore disponit *edictum monetale Ferdinandi.* §. Zum dritten ibi: Zum dritten, sechs Stück, die ein Reichsgülden oder 60. Creutzer, und derselbigen Stück eines 10. Creutzer gelten, sollen auf die Cöllnische Marck gehen, sieben und funffzig Stück, und fein hält er vierzehen Loth, sechzehen Grän, wird die fein Marck ausgebracht, wie hie oben gesetzt, ein solch Stück soll durch das
77. Reich ein zehen Creutzer genennet werden. Proximum est ut videamus de Batzonibus von Batzen, qui inceperunt cudi a Bremensibus *Anno 1500.* in principio grossi, post ab ursi signo, quod illis imposuerunt, ita dicti, Batzones etiam appellantur a Betzen, quod usum designat. Hodie superior Germania præsertim Franconia, Bavaria tractus Rheni, Svevia & Helvetia per Batzones omnia computat, ac 15. constituunt florenum, unus vero cruciferos quatuor. In cæteris Europæ regionibus est species imaginariæ monetæ (ut Guldin Pfund) dann wenig gantze Batzen mehr zu finden, auch irgend mehr gemüntzt werden; uti loquitur
78. Christoph. Besold. *in vocab.* Batzen *p. 152.* De grossis eorumque speciebus variis non habeo quæ adferam ultra ea
79. quæ tradit Jacob. Alemann. *partit. 43. pag. 579.* Sequitur pantingus sive Pfenningus, quem nos Pfenning appellamus, quæ est vox pura puta Germania quæ omnibus monetarum sortibus applicari potest, ceu tradit Tilemann. Friese in Müntzspiegel. *lib. 2. cap. 3.* ubi; das Wort Pfenning kan ins-

insgemein zu allen Sorten gebraucht werden, als wenn man saget, dicke Pfenning, Breite, Dünne, Groß und Klein Gülden und Silberne Pfenning. De valore eorum atque speciebus *vid. eundem citat. lib. 2. cap. 10. & 13.* ubi scitu non indigna proponit & inprimis *Edictum Monetale Ferdinandi d. ann. 1559. §.* Und seynd die Stück *181.* Coroni- 80.
dis loco dispiciamus minutissimam monetæ speciem, quæ appellatur ein Heller ab officina monetaria Hallensi, ex qua nummi isti in magna copia prodierunt Matth. Cleist. *de Genuin. mut. & numm. essent. sub num. 57.* quamvis alii censeant, Heller appellari quasi halber Pfenning, Helbsing, Halbling, in instrumentis antiquis werden drey Heller guter und geber Müntz für einen Pfenning bezahlet: Sain contra Trier in document: fol. 24. Sunt etiam libræ obu- 81.
lares, seu Libræ obulorum Pfund Heller, quarum usus ut olim frequentissimus ita hodie non admodum certus aut notus est. vid. pluribus agentes Matth. Wehner. *in observ. pract. verb.* Goldgülden. *p. 241.* & Dn. Christoph. Phillippum Richterum *decision part. 1. decision. 34. num. 8. & seqq.* Hactenus de æstimatione plerarumque monetæ specierum, jam de æstimatione & solutione aliquanto plenius: Et de 82.
æstimatione quidem tenendum, quod ea quæ perpetua, non vero quæ ad tempus inducitur vel toleratur attendi debeat, *per text. in l. origo 1. pr. ff. d. Contrah. Empt.* ubi eleganter Gothofred. *lit. d.* quod nec quidem generalis æsti- 83.
matio monetarum pro vera & perpetua æstimatione haberi debeat, sed ea demum pro perpetua censenda sit, quæ ullo unquam tempore mutabilis, ne si mutetur in horas ipsis possessoribus nummorum usus noceat *l. Nummis depositis 3. ff. d. in lit. Jurand.* Christoph. Besold. *part. 2. Consil. 63. num. 80. fol. 230.* Utrum vero valor solvendæ monetæ ex edicto 84.

Princi-

Principis an ab usu commerciorum æstimandus sit, dispi-
85. ciendum erit; Sane si principe patiente, nec magistratu convento monetæ valor vulgo major sit, quam Edicti forma patiatur, procul dubio non tam valor inspici debebit, qui Edicto constitutus est, quam qui communi hominum usu & commercio frequentatur. Anton. Faber *in C. lib. 8. tit.*
86. *29. defin. 11.* Ratio hujus est, ne damnum patiatur creditor, cui soli æquum non est, nocere edictum, quod cæteris negotiatoribus non nocet, Principe idipsum patiente, & ab
87. Edicto tacite recedente; Qualis enim lex erit, si non observetur & in desuetudinem abeat. *l. de quibus 32 in fin. d. LL. ibiq; Dd.* Quod si vero Edictum Principis in vigore suo permanet & nihilominus ab usu commerciorum, temporumque licentia pluris æstimetur moneta, placuit, creditorem, cui certus florenorum numerus debetur, cogendum non esse, monetam sive argenteam, sive auream accipere supra æstimationem illam, quæ publica auctoritate
88. constituta esset; Ex legibus enim non ex abusu judicandum, nec tam inspiciendum, quid Romæ fiat, quam quid
89. fieri debeat: Et hoc adeo verum est, ut ne quidem debitorem liberet depositio pecuniæ, facta secundum valorem, qui commerciorum abusu contra Principis Edictum inductus est Dn. Benedict. Carpzov. *part. 2. Constit. 28. defin. 2. fol.*
90. *658.* ubi hanc sententiam præjudicio firmat. In qua vero moneta, valore mutato, solutio facienda, an tempus contractus vel solutionis inspiciendum quotidie fere inter Dd. Juris antehac disceptatum est, hodie vero adeo planum ac perspicuum, ut Lippis pene ac tonsoribus notum esse cen-
91. seatur, restitutionem pecuniæ mutuæ secundum valorem & æstimationem monetæ, quæ tempore contractus & obligationis fuit, fieri debere, sive moneta mutata fuerit in bo-

nitate

nitate intrinseca wann Schrot und Korn geändert und die Müntze daran vermindert worden; Sive in bonitate extrinseca, quæ in æstimatione, valore, cursu & usu consistit, wann der Werth und Valor geändert, und die Müntze entweder gesteigert oder vermindert, oder gar verboten worden. Quod si enim contractus non attenderetur, tunc creditor 92. & debitor læderetur, ille quidem si in deteriore moneta, vel minori valore mutuo datam pecuniam accipere cogeretur. Hic vero si duplici onere, usurarum sc. præstandarum, & deinde etiam argumenti supplendi in moneta gravaretur. vid. hanc sententiam ex ratione juris eruentes Christoph.Besold.*part.2.Consil.58.59.60.61.62.63.64.65.66.68.69.77.& 81. à fol. 159. usq. ad fol. 337.* Aymon. Cravett. *Consil.823.* & *Consil. 887.* Petr. Wesenbec. *Consil.38.* Joach. Mynsing. *Centur. 4. observ. 1.* Mart. Neapolit. *Digest. noviss. tot. Jur. controvers. Tom. 6. cap. 42. fol. 268. seqq.* Joh. Köppen *decis. quæst. 2. fol. 7.* Dn. Georg. Adam. Struv. *Syntagm. Jur. civil. Exerc. 16. th. 30.31.32.33.34. p. 588.* ex observantia vero erudite deducentem Dn. Christoph. Philipp. Richterum *part.2. decis.72. à num. 10. usq. ad fin. pag. 56. & seqq.* Add. Henn. Rennemann. *d. Jur. obligat. in Corollar. dissert. 16. p. 209.* Et hanc quidem sententiam non justam solum, sed bono publico utilem esse ostendit des Schwäbischen Crayses Müntz Bedencken, §. und demnach ibi: So könnte man solchen fürzukommen, sich auf gewisse regulas, nach jedes Landes Gelegenheit, vergleichen und dardurch was vorschreiben wie sich einer gegen dem andern in Zahlung der Haupt-Summa oder interesse verhalten, und wie jede Müntz Sorte hierinnen spendiret und angenommen werden solle, welche regula ohngefehr dahin zu richten daß der Valor der Müntzen, welcher tempore contractus in Gang gewesen, als

menti contrahentium an dem ähnlichsten in Achtung ge-
93. nommen werde. Quod de pecunia mutuo data hactenus idem & in testamento condito & donatione obtinere dicendum est; per *l. uxorem. 41. §. Testamento. 4. ff. d. legat. 3. & l. si ita 7. d. auro & argent. leg. & text. notabil. in l. medico*
94. *ult. ff. Exod. l. Aurelius 28. §. testamento 1. ff. d. liberat. legat.* In quam sententiam eleganter pronüntiarunt. *ICti Lipsienses Mens. August. 1626. ad consultationem Johann* Macholden zu Eißleben. *his verbis:* Hat Maria Johann Greslers weyland Bergschreibers zu Eißleben hinterlassene Wittwe den 6. Novembr. des 1621. Jahrs, vor dem Stadt Gerichten daselbsten eine Ubergabe auf dem Todesfall aufgerichtet, darinn sie ihres Mannes Brudern Kindern 6000. Gülden welche demselben nach ihren tödtlichen Hintritt aus ihren bereitesten Gütern alsbald an Gelde entrichtet, und ausgezehlet werden sollen, laut lit. A. geschencket und übergeben. Als sie nun in abgewichenen 1625. Jahre, im September auch verstorben, und nach sich euch als ihres leiblichen Bruders Sohn zu ihren Erben verlassen, habt ihr euch ab intestato, und nach allgemeinen Erbgangs Rechts der Erbschafft angemasset, und selbige biß dahero geruhig besessen; Derowegen der donatarius und euer verstorbenen Muhmen Mannes Bruder Kinder die 6000. Gulden anietzo von euch fordern und wollen solche an schwerer Müntze, wie sie jetzo gangbar, von euch haben; ihr verhofft aber ihr seyd zu einen mehrern nicht verpflichtet, als zu solcher Müntze, wie sie Zeit der aufgerichteten donation gänge und gebe befunden worden, ob nun wohl mehr erwehnte 6000. Gülden ihr ehe nicht von euch zu stellen schulden gewesen, dann nach eurer Muhmen Tode, zu welcher Zeit die Müntze allbereit von der hohen Obrigkeit abgesetzet, und nach der Reichs-Constitution

in seinen alten vorigen Stand kommen, dahero es das Ansehen, ob weret ihr die Auszahlung nach jetziger Valvation und Werth der Müntze zu leisten verbunden, inmassen denn das Chur-Fürstliche Sächsische Müntz-mandat alle solutiones und Auszahlung insgemein und ohn Unterscheid, auf gut schwer Geld gerichtet. Dennoch aber und dieweil Zeit der beschehenen Ubergabe geringe Geld im Schwang gangen, und die donatrix nicht errathen mögen, was es künfftiger Zeit und nach ihren Tode vor einen Zustand gewinnen werde, dahero sie auch nicht auf schwer Geld, sondern einig und allein auf solche Müntz und Gülden, wie sie damahls gegenwärtig gewesen, dencken können, hierüber das Chur-Fürstliche Müntz-Mandat fürnehmlich von contracten Brieff und Siegeln und anderer dergleichen Verpflichtungen, darunter diese und alle andere letzte Willens-Fälle nicht zu ziehen, disponiret und Verordnung thuet, so möget ihr auch mehr angeregte 6000. Gülden nach jetziger schwerer Müntze aus zu zahlen wider euren Willen nicht gedrungen werden, sondern wann Ihr die Auszahlung mit solcher Müntz, wie Zeit der Ubergab Inhalts des damahligen öffentlichen Anschlag gebräuchlichen gewesen, geleistet, und entrichtet, werdet ihr damit billig gehöret, und dabey gelässen V. R. W. Idem præterea obtinet in dote, in cujus restitutione tempus contractus non 95.
vero restitutionis attendendum esse juxta communem decidentium rationem. vid. Johann. Aloys. Ricc. *collect. decis. 1722. p. 143.* Quid vero? Si contrahens in mora sol- 96.
vendi fuit, ergone ob id cogitur solvere in moneta meliore quam quæ tempore debiti contracti fuit? Minime, non enim facit mora, ut plus debeatur, sed tantum ut ejus quod 97.
debetur aut periculum aut accessio præstetur per *l. si ex legati 23. & seq. l. si servum 91. §. Sequitur 3. ff. de Verbor. obligat.*

gat. l. Mora 32. §. in bonæ fidei 2. l. quum quidam 17. §. Si pupillo 3. ff. d. usur. & fruct. Jung. Dn. Bened. Carpzov. *ad d. constit. 28. defin. 15. fol. 66;* Lanfranc. Zachian. *d. Salario. quæst. 16. num. 2. fol. 57.* Denique negligenda non est quæstio, utrum pro taleris
98. vor grobe Reichs Müntze/ solvi possit moneta minuta, Heller oder andere kleine Müntze. Ex. gr. Quidam Andreas N. civis annuos suos reditus feudales & alia quædam bona immobilia, nec non debita senatui civitatis Q. pro pretio undecim millium & talerorum trecentorum vendidit, hac conditione, ut tria vel quatuor millia talerorum in parata pecunia ei in continenti, solvere, reliquam vero summam, sub usuris succedaneis intra triennium creditoribus emptoris restituere promiserit, ceu in emptionis Instrumento latius habetur. Quæsitum est, qualiter verba ista intelligantur: An pecuniæ illa quantitas in taleris Imperialibus, & sic in grandiori pecunia in grober Müntze/ an vero in moneta
99. mutata ære contaminata solvenda sit? Videbatur senatui, esse arbitrii sui, pretium illud in pecunia minuta solvere per ea quæ proponuntur apud Virgil. Pringitzer. *quæst. Saxon. 40. pag. 488.* sed contrarium ipsemet decidit *p. 492. seqq.* Quam sententiam diserte confirmat *Ordinat. Monet. Ferdinand. sæpe alleg. §. 33. ibi:* Es soll auch niemands in einiger grosser Bezahlung/ wenig oder viel Pfenning/ wider seinen Willen zu nehmen schuldig seyn/ Jung. Wehner. *in pract.*
100. *observ. verb.* grobe Reichs Müntze *pag. 268.* Adfinia & cognata monetis sunt (1.) Imagines Imperatorum, Regum, Principum, Comitum &c. aurea in forma nummi formatæ, quas veluti tesseram gratiæ, legatis, Cancellariis, Consiliariis, aliisque viris excellentibus largiri solent, vulgo Gnaden Groschen/ Gnaden Pfenning/ und Brustbilder. Anton. Augustin. *in Tr. d. Numm. antiq. in Dialog.* II. Rerum memo-

mo-

morabilium monumenta aurea vel argentea in forma monetæ cuſa, qualia noſtro etiam ſeculo circumferri videmus. III. Nummi memoriæ ergo cuſi, cujusmodi ſunt, quos fecit Elector Saxoniæ capta Gotha, & ſupplicio de proſcriptis Imperii hoſtibus, ſumto; Sicut etiam in celſiſſima iſta familia & alibi quoque receptum eſt, ut, quoties quis ex ea defungitur, in ejus honorem & memoriam nummi percutiantur, annum, menſem nativitatis & obitus diem referentes. Chriſtoph. Beſold. *in Theſaur. pract. verb.* Gnadengroſchen. IV. Miſſilia ſine æſtimatione certa & pondere conflata, qualia pro triumpho & felici auſpicio in novis & ſolemnibus Imperatorum & Regum inaugurationibus in vulgus ſpargi ſolent. Herm. Hermes. *faſcic. Jurisp. cap. 10. qv. 16. num. 16. p. 117.* quod Ann. M. DC LIV in Coronatione FERDINANDI, IV. Romanorum Regis glorioſisſimæ memoriæ factum, ubi per Electorem Palatinum Carolum Ludovicum Imperii Architheſaurarium moneta aurea & argentea ſparſa & emiſſa eſt.

CAPUT VI.

DE CAUSIS CORRUMPENTIBUS REM MONETARIAM.

SUMMARIA.

1. *Prima, inter cauſas corrumpentes, eſt difformis uſurpatio regalis Juris monetarii.*

 2. *Secun-*

2. *Secunda causa corrumpens est dissensus & difformitas nationum exterarum.*

3. *Tertia causa corrumpens est exportatio monetarum probarum.*

4. *Quarta causa corrumpens est multitudo officinarum monetariarum in Imperio.*

5. *Quinta causa corrumpens est venditio aliive contractus & pacta inita circa jus cudendi monetas.*

6. *Sexta causa corrumpens est conversio probæ & secundum legem conflatæ monetæ in deteriorem.*

7. *Septima causa corrumpens est percussio monetæ novæ & variæ in constitutionibus Imperii, sub pœnis gravissimis prohibitæ.*

8. *Octava causa corrumpens est multiplicatio monetæ minutioris.*

9. *Nona causa corrumpens est conventuum probatoriarum justo tempore habendorum neglectus.*

10. *Decima causa corrumpens est neglectus variæ proportionis inter aurum & argentum.*

11. *Undecima causa corrumpens est conversio regalis monetarum Juris, interesse publicum involventis, in studium lucri privati.*

12. *Mercium victualium, nec non operarum æstimatio immodica.*

13. *Multiplicatio Edictorum monetalium, & diuturnæ monetarum improbarum, tam exterarum, quam in Imperio conflatarum tolerantia & immodicæ monetarum æstimationis indulgentia.*

14. *Pœna contra violatores regalis monetalis, in constitutionibus Imperii expressæ neglectus & intermissio.*

ANtequam ad cauſas conſervantes rem monetariam deſcendamus, neceſſum eſt morbos eorumque cauſas & modos declarare ut iis cognitis, ratio medelæ inſtituti poſſit aut præſervatio. Prima illarum eſt, difformis uſur- 1.
patio regalis juris monetarii, dum non omnes & ſinguli Status Imperii, quibus hoc regale competit, hactenus monetas ſecundum Imperii conſtitutionem, & ſecundum ligam ſeu pedem in iisdem ſtatutum ad ſalutem & Imperii dignitatem fecerunt, ſed monetas liga Imperiali longe inferiores & ſimul etiam monetarum ſpecies cumprimis minores in Edictis monetariis non receptas ſed prohibitas hoc regali ad proprium ſuum commodum abuſi fuerunt. Joh. Kitzel. *d. Jur. monet. claſſ. 5. qv. 11. num. 31.*

II. Conſiſtit in diſſenſu & difformitate exterarum natio- 2.
num, cumprimis circuli Burgundici, Regis Hiſpaniæ, Belgarum & Helvetiorum, qui Imperii conſtitutionibus & Edictis monetariis hactenus ſe non accommodarunt, monetas liga Imperali deteriores conflarunt, easdemque per commercia cum Germanis in Imperium invexerunt, probasque monetas ex imperio detruſerunt.

III. Probarum monetarum extra fines Imperii Germa- 3.
nici facta per Judæos numularios & mercatores nonnullos ad exteros, ut hi monetam exinde debiliorem, ſuo pede percutiant exportatio, & e contrario monetarum exterarum in imperium noſtrum invectio atque admiſſio. Cauſam hanc eleganter perpendunt Waradini generales zu ihren Bedencken ſub dato Regenſpurg den 1. 11. Jun. 1666. in Puncto tertio.

IV. Officinarum monetarum in imperio multi- 4.
tudo, & neglectus vitæ, morum & peritiæ magiſtrorum mone-

monetalium ac Zygostatarum, dum non sufficienter examinantur, nec juramento satis arcto adstringuntur. Ac prius quidem illud esse certissimum corruptionis monetalis documentum facile patet; Multitudo enim officinarum causatur securitatem, securitas depravationem & illegitimam metallorum confusionem, quæ Reipubl. perniciosissima est. vid. Johann. Gerhard. *Theolog. p. m. d. corrupt. rei monet. apud Domin. Arum. Volum. IV. I. P. Discurs. 6. p. 26.*

5. V. Venditio aliive contractus & pacta initia circa jus cudendi monetas; Ratio hujus corruptionis in propatulo est; Ejusmodi enim conductores atque emptores maxime privati, quo melius mercedem solvere valeant, atque ipsi etiam citius ditescant in adulteranda moneta nihil non fraudis excogitant, & prætermittunt, quotidie magis atque magis de pondere & puritate aliquid detrahunt, numismata non modo vulgaria, sed etiam Imperatoria, Legum prohibitione non obstante, recudunt, & in deterius convertunt, atque ita mundum vilissima, corruptissimaque moneta replent, & rem nummariam hominum societati utilissimam in gravissimam & intolerabilem fraudem convertunt. vid. eleganter. Philipp Knipschilt *d. Jur. & privil. civit. lib. 2. cap. 21.* Christoph. Besold. *tr. d. Ærar. cap. 6.*

6. VI. Probæ & secundum legem conflatæ monetæ per Judæos & numularios in deteriorem facta conversio, vid. causam hanc eleganter trutinatam a Waradinis generalibus in ihren Bedencken supr. cit. pacto. 2.

7. VII. Percussio monetæ novæ & variæ constitutionibus Imperii, sub gravissimis pœnis prohibitæ, permissa a Statibus in officinis suis.

IIX. Mul-

IIX. Multiplicatio monetæ minutioris, ob quam Majorum Monetarum æstimationis & valoris augmentum subsequi necesse est. Hanc causam pulchre insinuat des Chur-Fürstl. Rheinischen Crayses Müntz-Bedencken §. Zum vierten *versu.* So hielten die Chur-Fürstl. Räthe ibi: angesehen daß aus diesem Land-Pfenning und Heller-Müntzen/ als der rechten Hauptgrätten aller Unordnung viel Beschwerde und Nachtheilungen in dem hergeflossen ꝛc. 8.

IX. Conventuum probatoriorum justo tempore habendorum neglectus, quin & omissio puræ monetatiæ in nundinis universalibus antea receptæ. vid. *Autor.* der gründlichen Fürstellung *&c. p. 29. & 30.* 9.

X. Neglectus variæ proportionis inter aurum & argentum, daß man von eigentlicher proportion zwischen Gold und Silber mercklich abweicht. *vid. eund. p. 31. 32. & 33.* 10.

XI. Conversio regalis monetarum Juris interesse publicum involventis in studium lucri privati: Daß man aus dem Müntz-Regal eine Mercantz gemacht/ und nicht so wohl auf das interesse publicum, als auf den privat-Nutzen/ von dem Müntz-Genossen geschehen wird. 11.

XII. Mercium victualium, nec non operarum immodica æstimatio. vid. Jacob. Bornit. *d. num. l. 2. cap. 5. p. 84.* 12.

XIII. Multiplicatio Edictorum monetariorum, & diuturna monetarum improbarum, tam exterarum, quam in Imperio conflatarum tolerantia & immodicæ monetarum æstimationis indulgentia. vid. Andr. Kitzel *loc. cit. num. 50. 60. seqq.* 13.

XIV. Pœnæ contra violatores regalis monetalis in constitutionibus Imperii expressæ neglectus & intermissio. 14.

CAPUT VII.

ET ULTIMUM

DE

REMEDIIS TOLLENDI MONETARUM CORRUPTELAM ET CONSERVANDI PURITATEM ILLARUM.

SUMMARIA.

1. *Indecorum est attractare ea, quæ non obtinentur, & labitur Principis autoritas, qui accreditur tollere vitia, quæ majora remediis suis jam existunt.*
2. *Opinio illorum qui existimant, monetarum depravationem ob tam altas radices, incurabilem esse factam, ideoq; deteriorationem earum, propter necessitatem summam, esse tolerandam.*
3. *Malum rei monetariæ non ita inemendabile est, ut corrigi plane nequeat.*
4. *De salute Reipublicæ totius est, monetam vigori pristino restituere, & consultare, quemadmodum hæc a monetariorum fraude immunis præstari possit.*
5. *Utrum de moneta restituenda in conventibus circularibus, deputationum, an vero comitiis consultandum sit, disquiritur, & pro Comitiis concluditur, autoritate* des Ober Sächsischen Crayses Müntz Bedencken *sub dato* Franckfurt an der Oder den *26. Mart. 1607.*
6. *Transitur ad ipsa remedia, & I. illorum adducitur, quod est,*

est, unam monetam in Imperio Germanico sancire, & conformare, conformatamq; studiose conservare.

7. *Remedium II. Status exemptos ad monetarum conformitatem constringere.*

8. *Remedium hoc adeo necessarium esse, ut sine eo omnia pene in re monetaria pure conservanda nequicquam agantur, ostenditur autoritate* des Nieder Rheinischen Westphälischen Crayß Bedenckens *sub dato* Cölln *Mens. Octobr. 1604. & Mens. Maj. 1605.*

9. *Modi, quibus Status ad monetarum conformitatem constringi possint, recensentur, quorum primus, consistens in stricta observantia illarum, quæ in Constitutionibus Imperii proposita sunt, explanatur.*

10. *Tenor responsoriarum a Rebuspubl. Helveticis Tiguro, & Schaffhusa, ad literas trium circulorum respondentium.*

11. *Modus secundus pendens ex eo, ut admoneantur Circulus Burgundicus, cateræq; Provinciæ hereditariæ Archiducales, quo observent ea, quæ ipsarum nomine in Recessibus Imperii disposita ac promissa reperiuntur.*

12. *Modus tertius consistens in devalvatione monetarum a Statibus exemptis cusarum.*

13. *Remedium III. Nullam monetam exteram, etiamsi meliorem ea, quæ in territorio nostro excusa est, pro bona æstimare* für Wehrschafft gestatten *&c.*

14. *Consultatur super themate arduo, quomodo monetæ nostræ exportatio omnium optime impediri, & exterorum abrogari atque exterminari possit.*

15. *Opinio illorum, qui id fieri posse plane negant, stabilitur autoritate* des Chur-Fürstl. Rheinischen Crayßes Müntz-Bedenckens *sub dato* Bacharach den *14. Jul. Anno. 1607.*

& des Ober-Rheinischen Crayses Müntz-Bedenckens sub dato Worms den 13. Maji 1607.

16. *Opinio illorum qui monetam nostram, beneficio legum sumtuariarum ac vestiariarum,* durch gute Policey- und Kleider-Ordnungen, *in Imperio nostro optime conservari posse censent.*

17. *Hunc in finem censores in Reipubl. constituendos esse ex opinione illorum deducitur.*

18. *Mirantur Viri politissimi, quod Germania nostra magistratu censorio destituta nutet solum, & ad casum inclinet, non autem dudum conciderit.*

19. *Luxus nimius est paupertatis mater, quæ optimos quosque Status bene constitutos subvertit.*

20. *Vestium & ornamentorum luxus in tantam hoc nostro seculo excreverunt enormitatem, ut non solum personarum privatarum, sed & plurimarum provinciarum Germanicarum facultates inde extenuentur.*

21. *Nulla Respublica bene constituta est, quæ LL. sumtuariis, & censura censorumque munere publico careat.*

22. *Populi quidam, pro ingenio suo, reduxerunt LL. sumtuarias ac vestiarias sæpies, iisque conviviorum & vestium luxus coërcuerunt feliciter & hodienum coërcent.*

23. *Digna Imperatoria Majestate & Imperii Statibus cura est, providere modis omnibus, ut ne familiæ locupletes, aut claritudine insignes, studio magnificentiæ, ad restim divertantur.*

24. *Legum sumtuariarum ac vestiariarum beneficio luxum constringi & pecuniæ nostræ exportationem præcaveri posse dubitatur.*

25. *Vestes sic mutantur in Germania, ut, quas quarto ante*

mense

mensæ in delitiis habemus, mox tanquam veteramenta abjiciamus.

26. *Nullum fere vestimenti genus probatur Germanis, quod e Gallis non adductum fuerit, in quibus levia pleraque in pretio sunt.*

27. *Reprehendi quidem potest luxus in Germania, coërceri vero amplius non potest.*

28. *Querela Caroli quinti de luxuria apud Germanos.*

29. *Idem in Ordinationibus Politicis de ann. 1530. & 1548. sumtuarias ac vestiarias Leges adeo præclaras posuit, ut nil quicquam præclarius hisce excogitari pene possit.*

30. *Frustra LL. illas positas esse ostenditur.*

31. *Frustra quoque hodie poni leges ejusmodi in Imperio evincitur per argumentationem a majori ad minus.*

32. *Consultius est, legem non ferri, quam contemtu aboleri, & luxum moderatum permittere, quam tot Edicta promulgare, quæ adeo contemnuntur, & vix unquam executioni mandari possunt.*

33. *Leges sumtuarias ac vestiarias condendo in Germania nil efficitur, quam ut palam fiat, quibus flagitiis impares sint superiores, subjectis vero, si prohibita transcenderint impune, neque metus ultra, nec pudor est.*

34. *Id quod ostenditur latius.*

35. *Adducitur in hunc finem Oratio Tiberii apud Tacitum l. 3. Annal. cap. 53. de LL. sumtuariis in Rempublicam Romanam revocandis prudenter consultantis, quæ vice oraculorum omnibus principibus esse debet.*

36. *Quæ tempore Tiberii erat Romæ eadem jam quoad luxum, est Germaniæ nostræ ratio.*

37. *Fundamentum atque causa luxus, in Germania nostra adeo*

ingruentes, ponitur in peregrinatione juvenum ad Gallos & Italos.

38. *Perperam inspexit Statum Germaniæ nostræ Machiavellus, existimans mores illius adhuc esse integros, eo quod à negotiationibus & commerciis exterorum abstinuerint.*

39. *Quamdiu sublatus non est mos peregrinandi ad exteros, tamdiu nec leges sumtuariæ, nec vestiariæ luxum immutabunt.*

40. *Id quod probatur exemplo Reipubl. Romanæ.*

41. *De peregrinatione Germanorum juvenum ad exteros abroganda non est quod Seremus E. nec de immutatione luxus.*

42. *Relictis LL. sumtuariis ac vestiariis alia remedia exstirpandi luxum quærenda sunt.*

43. *Concluditur, leges sumtuarias & vestiarias non esse remedium tale, per quod luxus modernus in Germania constringi, & exportatio pecuniæ nostræ ad exteros præcaveri possit.*

44. *Dispicitur de aliis remediis præcavendi exportationem pecuniæ nostræ ad exteros ex Statutis Coloniensibus & Consultationibus Circuli Bavarici atque Rhenani.*

45. *Remedium generale IV. officinas particulares* die Heck-Müntzen *abolere, earumque loco certas in uno quoque circulo designare.*

46. *Malo huic dudum in Imperii Constitutionibus prospectum, sed sine effectu.*

47. *Modus exterminandi hoc malum primus; In singulis sc. Imperii Circulis non plures quam unam tantum officinam monetariam publicam, & legitimam in urbe quadam primaria, communi Cæsaris Statuumque suffragio constituere,*

in eaque, magiſtratibus publice adſpicientibus, nummos, impreſſo charactere, ad notionem officinæ percutere.

48. *Modus ſecundus: Præter has officinas publicas, qui jus cudendi monetam ſibi adſumerent, illos ſine pœnarum reſpectu, amiſſione jurium, bonorum & pœna capitis plectere.*

49. *Modus tertius: Officinis illis Magiſtri Monetarii & Waradini periti ac honeſti circuloque probati præficiantur, iiq; ex præſcripto Ordinationis Ann. 1570. promulgatæ juramento ſolemni in id obligentur, ſe, præter ſpecialem Circuli, in quo quisq; degit, conſenſum & juſſum, nullam omnino antiquam aut jam excuſam monetam conflaturos &c.*

50. *Modus quartus: Monetarios & Waradinos cogere, ut in unum quoddam collegium ſeu ſocietatem coëant, &, pro transgreſſoribus ſeu delinquentibus inquirendis, deferendis, ubiq; excludendis atq; pro infamibus atq; perjuris habendis, ſub certis quibusdam articulis, ſe invicem obſtringat.*

51. *Stabilitur hoc conſilium autoritate* des Fränckiſchen und Schwäbiſchen Crayſes Müntz Bedenckens.

52. *Modus quintus: Inciſores ſeu formarum ſculptores juramento arctiſſimo conſtringere, ut absq; præſcitu & conſenſu magiſtratus ſui, ad rem monetariam nemini formam aut inſtrumentum aliquod ad monetandum requiſitum, ſub charactere certo, incidant.*

53. *Munitur hic modus autoritate concluſi in Senatu Principum, quod publicatum d. 28. Maji Ann. 1666.*

54. *Magiſtri monetales ac Zygoſtatæ ſufficienter examinentur.*

55. *Trium potiſſimum in Waradinis requiritur cognitio accurata, quæ recenſentur.*

56. *Remedium V. Ordinare ſub certa, eaq; graviſſima pœna, ut*

jus

jus cudendi monetam alteri nullo pacto elocetur aut cedatur.

57. *Quæ de hoc remedio in Recessibus Imperii disposita, ea nuper, in Comitiis durantibus, non solum confirmata, sed & remediis non contemnendis aucta sunt.*

58. *Tenor conclusi Senatus Principalis adducitur.*

59. *Status, dum lucrum immensum ex contractibus locationis ac venditionis de re monetaria sperant, paupertatem sæpies in loco divitiarum sentiunt, indeq; satis causæ ipsis esset, quamobrem contractus ejusmodi vitiosissimos intermitterent.*

60. *Probatur idipsum autoritate* des Chur-Fürstl. Rheinischen Crayses Müntz Bedenckens *supr. alleg.*

61. *Remedium VI. Certum modum & qualitatem convertendarum monetarum probarum ad conflanda vasa, aurea vel argentea & res consimiles ponere.*

62. *Adducuntur quæ de hoc remedio in Comitiis modernis conclusa & publicata sunt.*

63. *Remedium VII. Privare eos jure monetali, aliasq; pœnas gravissimas constituere in illos, qui monetas novas & prohibitas percuti curant.*

64. *Remedium VIII. Interdicere sub pœnis gravissimis, & interdicta severissime exequi, tam erga dominos monetales, quam inservientes illis qui hodie promiscue & sine discrimine monetas probas coacervant, & in monetas minutiores* in die Scheid-Müntzen *convertunt.*

65. *Modi exterminandi monetas minutiores, quorum primus: Efficere ut nihil lucri redundet in illos, qui monetas ejusmodi minutiores cudunt, comprobatur autoritate* des Chur-Fürstl. Rheinischen Crayß Müntz Bedenckens *sæp. cit.*

66. *Modus secundus exterminandi monetas minutiores; certum*

tum numerum monetæ minutioris in conventibus probatoriis constituere, ultra quem in Imperio hujus monetæ nil quicquam cudere liceat, adducitur, & roboratur autoritate des Ober-Rheinischen, Nieder-Sächsischen Crayses Müntz Bedenckens.

67. *Remedium IX. Diætas s. conventus probatorios justo & congruo tempore sine mora habere, nec unquam illos negligere.*

68. *Cura conventuum probatoriorum dudum in Imperio nostro Germanico ad Dominos circulares devoluta est.*

69. *Ad Edictum Dominorum Circularium quotannis bis sc. KLdis Maji & Octobr. indici debent conventus probatorii.*

70. *Indicuntur Diætæ probationum ad id, ut unus idemque in toto Imperio cuneus sit & symmetria.*

71. *Tenentur Status monetales singuli ad conventus probatorios Consiliarios suos ablegare, aut ad minimum unum probe instructum, facta tamen prius salvi conductus adsecuratione.*

72. *Status non comparentes damnantur in expensas omnes Ordinibus, vel, si illi remittere velint, fisco solvendas.*

73. *Officium Statuum in conventibus probatoriis est de re monetaria deliberare, pixidem probatoriam aperire, in singula specimina inquirere, &, an secundum ligam Imperialem fabricata sint, cognoscere, in falsarios vero per Proclamata publica animadvertere.*

74. *Probatores in conventibus ejusmodi sunt artifices periti artis numismatopolicæ, qui dicuntur vulgo Waradini generales s. circulares.*

75. *Modi probandi alii sunt simplices, alii cum conflatura & separatione.*

76. *Opinio illorum qui modum simplicissimum esse dicunt per aquam & trutinam refellitur.*

77. *Modus probandi rem monetariam per lydium lapidem omnium est certissimus atque expeditissimus.*

78. *Quomodo ea quæ in conventibus probatoriis circa monetarum species depravatas statuta sunt ad exequutionem rite deduci possint ostenditur* aus des Schwäbischen Crayses Müntz Bedencken *supr. cit.*

79. *Remedium X. veram inter aurum & argentum proportionem servare.*

80. *Necessitas hujus remedii evincitur ex consultatione trium circulorum Correspondentium. d. Anno 1601. & 1608.*

81. *Hoc tamen remedium non inopinato introducendum, sed tum demum adhibendum, quando malis in re monetaria occurrentibus cæteris medicina facta erit.*

82. *Remedium XI. Privare eos jure monetali, qui ex majorum Regalium classe illud in censum minorum collocant & quod autoritatis est, ad compendium trahunt.*

83. *Remedium XII. Remittere Ordinationes Politicas, inque illis mercium, inprimis frumentorum, aliorumque victualium nec non artificum, operariorum &c. certum & justum pretium constituere, quod immodicam circumscriptionem, in rebus ad victum quotidianum necessariis, tollere possit.*

84. *Feliciores multo atque prudentiores esse exteros, dum, quod apud nos in Constitutionibus Imperii reconditum, ipsi in observantia apertissimum habent, ostenditur exemplo Reipublicæ Neapolitanæ & Genuensis.*

85. *Remedium XIII. Revocare & non amplius pati elusorias salu-*

salutares, magnaque solertia confectas Imperii constitutiones.

86. *Necessarium praeceptum illius est qui Respubl. leges & instituta saepe ad suorum initiorum vigorem reduci jussit.*

87. *Senescunt omnia, sic & LL. ipsae, quibus stat Respubl. dum novae sunt servantur, dein frustra habentur.*

88. *Nulla melior ratio est, nulla prudentior, qua Respubl. servatur, quam si, qui vitio temporum, & hominum pravitate contracti sunt, naevi tempestive emendentur & leges veteres, ne contemtus aut oblivio illarum obrepere possit novis sanctionibus muniantur.*

89. *An Edictum monetale d. Ann. 1559. stricte servandum, an vero in quibusdam mutandum sit.*

90. *Opinio illorum, qui servatu illud impossibile existimantur comprobatur* aus dem Chur-Fürstl. Rheinischen & des Ober-Sächsischen Crayses Müntz-Bedencken.

91. *Concluditur, ab Edicto monetali non esse recedendum, sed omnino ac strictissime ipsi inhaerendum.*

92. *Firmatur haec conclusio autoritate* des Chur-Fürstlichen Rheinischen und Schwäbischen Crays Bedenckens, & *modernorum Comitiorum observantia.*

93. *Remedium XIV. Poenas contra violatores regalis monetalis in Imperii constitutionibus statutus indesinenter exequi.*

94. *Parum est jura condere nisi executioni mandentur.*

95. *Stabilitur haec sententia autoritate* des Ober-Sächsischen Crayses Müntz-Bedenckens, *cujus verba tanquam praeclara & probe attendenda laudantur.*

96. *De poenis violatorum rem monetariam, ut & de indice competente, super ejusmodi delictis agitur remissive.*

97. *Adducitur tenor Conclusi Senatus Principalis in Comitiis durantibus de pœnis violantium rem monetariam.*

98. *Remedium XV. Monetam non facile & sine urgentissima necessitate publica mutare.*

